A
2-212



22.M.n.1423

22.M.n.1423

16 oto - 6 - 30

1
6-122

R. 1636

THEOPHYLACTI SIMOCATTAE EX-PRÆFECTI, ET OBSERVATORIS COACTORVM, HISTORIAE MAVRICII TIBERII IMP. LIB. VIII.

ITEM

GEORGII PHRANZÆ PROTO-VESTIARII CHRONICORVM DE VLTIMIS ORIENTALIS IMPERII TEMPORIBVS, DE SVLTANORUM Osmanidarum origine, successione, rebus gestis, vsque ad Mahometem II. de rebus denique Peloponnesiacis ante & post captam Constantinopolim libri III.

EPISTOLA GEORGII TRAPEZVNTII, QVA IOANNEM PALAEOLOGVM IMP. HORTATVR, VT AD SYNODVM IN ITALIA celebrandam proficiscatur.

OMNIA EX BIBLIOTHECA SERENISS. MAXIMILIANI VTRIVSQVE BAVARIAE PRINCIPIS deprompta, in latinum conuersa, & Notis illustrata

Dela Comp.ª de Jh.s de A. Granada P. P. C.

IACOBO PONTANO SOCIETATIS IESV.

Accesserunt Indices copiosissimi.

ANNO *M.DCIV.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

INGOLSTADII,

Ex Typographia ADAMI SARTORII.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MAXIMILIANO, VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCI, PALATINO RHENI, &c.

IACOBVS PONTANVS SOCIETATIS IESV S. P. D.

MVnus quoddam historicum, ipso genere vnum, expositione bipartitum, MAXIMILIANE PRINCEPS, ad te mitto. De Imperio, & Imperatoribus Orientis Scriptores hi ambo memorant: de Mauricio Tiberio quidem prior, vt longior, ita quoque grauior, & illustrior: de Palæologis Comnenis posterior, vt chronographus, contractior. Inter illius, & horum tempora aliquot sæcula fluxerunt, anni propemodum

septingenti: id quod narrationum in vno volumine coniunctionem impedire non debuit, quando vni eidemq; imperio præfuerunt, Byzantiumq;, nouam Romam (vt Constantinus Magnus appellare voluit) sedem ac domicilium habuerunt: & quæ commemorantur ab vtroque, ad idem imperium, eandemq; ciuitatem spectant. Florebant res, & stabant incolumes adhuc sub Mauricio Principe potentissimo. Defloreſcebant, & accidebantur potissimùm sub Palæologis, cum Osmanidæ, siue Turcarũ reges (nominis & maiestatis Christianæ hostes infestissimi) semper aliquod tanquã membrum de ingenti & prę clarissimo corpore auellerent, donec tandem Numine conniuente, fortunatissimam illam, augustissimamque vrbem, reuera cęterarum vrbium βασιλίδα, reginam ac dominam acerrima oppugnatione diu vexatam, in potestatem adduxerunt: atq; ita corporis quod dixi, velut speciosissimum caput, aut intima eius viscera, atq; adeò cor ipsum immanissimè

nissimè auulserunt. Quod vt gestum sit, à PROTOVESTIARIO nostro, qui præsens interfuit, diligentissimè, & ad fidem accommodatissimè descriptum inuenimus. In vtraq; historia (vt hoc loco ad illarum commendationem nihil præterea ponam) summam rerum humanarum mobilitatem ac vicissitudinem, & quod est apud Flaccum, hic apertissimè intueri licet.

——valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus
Obscura promens. hìc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hìc potuisse gaudet.

Ex quanta fœlicitate Ormisdas Persarũ rex (nam de rebus quoque Persicis multa Theophylactus narrat) & Chosroes filius eius in quantas ærumnas deuoluti sunt? Quam flebilis est Mauricij exitus? Quam miserabilis Palęologorum conditio, qui auxiliaria Latinorum arma toties incassum implorarunt? Persæ Varamum, Mauricius Phocam, Constantinus VIII. qui ex famili-

lia Palęologina extremus, & parum diu imperauit, Mahometem II. tyrannos crudeliſsimos pertulerunt.

Quare Principibus nihil tutius, nihil ſalutarius, quam ab vno & vnico Deo pendere ſemper, cuius eſt regnum, & cui voluerit, dabit illud: nihilq; perinde in omni vita charum habere, vt pietatem ac religionem, cuius in teipſo, MAXIMILIANE, vt item in ſanctiſsimis parẽtibus ac maioribus tuis exempla multa & ſingularia vidimus, legimus, audiuimus: quemadmodum & virtutum reliquarum, quibus Principes Chriſtiani pluſquam diadematis, auro, & lapillis, ſtipatorumq; magnis cateruis, & omni demum honorum genere exornantur. In his elucet inprimis domus veſtræ clariſsimæ erga Religioſos viros amor ac liberalitas, qua cum SOCIETAS noſtra plurimum vſa ſit, vtaturq; quotidie, & pars illius etiam ad Auguſtanum hoc Collegium dimanauerit, & nos quoque tua tuorumque ſucceſſorum pręſidia, ſubſidiaque nobis polliceri poſsi-

posſimus, facere non potui, quin ad teſtificationẽ grati ac memoris animi, hoc quidquid eſt voluminis tibi inſcriberẽ: cũ præſertim ex nobiliſsima bibliotheca tua codices græcos plures hactenus mihi, & quibuſdam ordinis mei ſuppeditaueris: vt hoc etiam modo nomine ſtudioſorum omnium, qui his, & aliis interpretationibus noſtris noſtrorumque legendis profecerunt, aut proficient, tibi gratias agere videar, cum theſauros tales latere & abſcõditos eſſe amplius noluiſti. Quod reſtat, etiam atq; etiam oro PRINCEPS SERENISS. vt labores hoſce tibi piè dedicatos ne ſpernas, Societatemq; noſtram omni beneuolentia comprehendere ne deſiſtas. Auguſtæ Vindelicorum, Anno M. DCIV. pridie Kal. Maias.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Theophy-

Theophylactum Simocattam de rebus Mauricij Imperatoris, & Georgium Protouestiarium de vltimis Imperij Constantinopolitani temporibus, &c. à IACOBO PONTANO Societatis nostræ è græco translatos, atque ab aliquot Patribus nostri ordinis visos & approbatos, ego GREGORIVS ROSEPHIVS, per Germaniam superiorem Societatis IESV Præpositus Prouincialis, potestate mihi ab admodum R. P. N. Generali CLAVDIO AQVAVIVA concessa, typis excudi permitto. Ad huius rei fidem, testimonium hoc manu mea subscriptum, & sigillo Societatis consignatum illi do. Landspergæ, pridie Kal. Februarias, Anno M. D. CIV.

GREGORIVS ROSEPHIVS.

Theophylactum hunc Simocattam, & Georgium Protouestiarium fideli & eleganti latinitate donatum à IACOBO PONTANO Societatis IESV presbytero, viro erudito, & multis in publicum datis monumentis claro, saluis fidei nostræ decretis, prælo rectè & vtiliter committi posse iudico:

PETRVS STEVARTIVS, S. Theologiæ Doctor, Professor & Procancellarius in Academia Ingolstadiensi, ibidemq; ad D. Mauricium parochus.

AD

AD LECTOREM.

DE AVCTORE HVIVS HISTORIÆ, DE SCRIPTIS EIVS, DE SYNOPSIBVS IN EVM PHOTII CONSTANTINOPOLITANI.

THEOPHYLACTVS Simocatta (*sic enim malo, quam Simocatus: idq; cum Suida, apud quem est* Σιμοκάτης) *in Ægypto natus est, vt ipse liquidò indicat lib. 7. cap. 16. in extremo, cum de fluminis Nili incremento, & inundatione disputationem longiusculam texere incipit. Natus est autem loco non ignobili, vt coniecturam facimus: quandoquidem Petrum Ægypti Præfectum se cognatione attingere affirmat, lib. 8. vbi Mauricij miserabilem interitum exponit ac deplorat: & ipse quoque honores gessit, quod statim docebimus. Atqui scimus regendis præsertim prouinciis, vt nõ imprudentes viros, sic etiam non humiles, ac plebeios præponi solere. Ex dialogo, quem historiæ suæ præfigit, adultis Mauricij temporibus in lucem editum suspicor; & id multò magis ex cap. 17. lib. 2. colligo, vbi se de illius rebus audiisse à se-*

nibus narrat; quia scilicet puerilem tum ætatem agebat. Sub Heraclio, qui Phoca interfecto imperiũ pœne triginta annis tenuit, (ab anno Christi DC.XII. ad DC. XL. scilicet) & Sergio Patriarcha Constantinopolitano eum floruisse, historiamqúe istam conscripsisse, ex eodem dialogo certo certius constat, similiterq́ ex cap. 12. lib. 8. vbi se, Phoca è medio sublato, scripta à se de Mauricij nece populo è superiore loco recitasse, eumq́ ad lachrymas commouisse narrat. Photius ἀπ' ἐπάρχων ex præfectis nominat. Præfecturam itaque, nec ciuitatis, sed prouinciæ potius alicuius administrauit. Ab eodem ἀνταγραφεὺς dicitur: quod quidam putauit reddendum Scripturarius. *Scripturarij, inquit Nonius, apud veteres fuerunt, quos nunc tabellarios dicimus: quòd scriptis, & commentariis omnia vel vrbium, vel prouinciarum complecterentur. Lucilius,* publicarum rerum assuefiam, vt scripturarius. *Vnde historiam nostram liceret appellare*: THEOPHYLACTI SIMOCATTAE EX PRAEFECTI, ET SCRIPTVRARII. *Sed Budæus in Pandect. ἀνταγραφεὺς interpretatur,* OBSERVATOR COACTORVM, *id est, eorum qui pecuniam colligunt, ad Principem, aut Rempub. pertinentem, qui Græcis ἀποδέκται, nostratibus Receptores particulares, Ciceroni pro domo sua, & alibi, custodes; vbi forsitan,* coactorum, *subau-*

ſubaudiendum eſt. Magis igitur inſcriptio placuit, EXPRAEFECTI, ET CVSTODIS COACTORVM. *Suidas* Ϲοφιϛὴν *appellat, id eſt, hominem doctum ac ſapientem, ex eóque & verba explanat, & locos integros adducit.*

Ingenium eius mite inprimis, & φιλόκαλον, *vt etiam doctrinam non vulgarem, ſcripta ipſa teſtantur ac produnt: quorum alia ſunt epiſtolæ: alia quæſtiones naturales: alia hiſtorica. Verùm nos duobus prioribus generibus in præſens prætermiſſis, de hiſtoria, quam in manibus habemus, age, pro recepto interpretũ more diſſeramus. De qua primùm omnium audiendus eſt Photius, cui cum ſumma eruditione ſummi quoque iudicij intelligentia tribuitur.* ἡ μὲν τοῦ φράσις αὐτῷ ἔχει μέτριος· πλοῦτος μὲν ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων, καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας καταχρῆσις χρῆσις, εἰς ψυχρολογίαν ἴσως, καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελοῦσα· ἐμοὶ δὲ οὐ καιρῷ παρενθήκη, φιλοτιμίας ἐστὶ φορτικῆς, καὶ φορτικῆς. Τὰ δ' ἄλλα ἐπιτερπῆ ἦκοι. Dictio eius lepore ac venuſtate non caret. Veruntamen modificatarum vocum, & allegoricorum ſenſuum nimis crebra vſurpatione, cum faſtidio legentium, tandem friget, & iuueniliter ineptit oratio. Quin etiam intempeſtiua ſentẽtiarum intermiſtio, diligentiam nimis curioſam, & ſuperuacaneam olet.

Cętera in reprehensionem non cadunt. *Huic iudicio & nos suffragamur, dictionisq; elegantiam extropis tum iis, qui in vno verbo, tum iis qui in oratione cernuntur, magnam partem à Simocatta quæsitam, & comparatam concedimus. Tropi autem, vt rariores ornatum, sic frequentiores non solum satietatem & ineptiam, sed insuper obscuritatem pariunt. Recensere huiusmodi tropos hoc loco nihil attinet, cum res perspicua sit, de qua loquimur. Est & aliunde parum nonnunquam dilucidus hic auctor, vt interpretem, etiam me eruditiorem pudere non debeat, id candidè confiteri. Quod de sententiis non opportunè insertis queritur Photius, id aliquando factum à Simocatta non memini. Curiosè quidem, & fortasse plus satis diligentem alicubi, non negauerim, & in sententiis quoque crebrum esse fateor: nec ob id diem illi dicendum puto. Inuenitur præterea aliquanto verbosior, quod Photium præteriisse miror: & idem vel continenter repetit: vel pluribus quam opus est dicit. Sed enim hæc tria à reprehensione haud aliena, multis laudabilibus egregiè compensat. Est quippe rebus illustris & magnificus: tametsi non omnia Mauricij, sed bella cum Persis potissimùm (nempe quinque libris prioribus) persequitur: reliquis tribus aduersum Abares, & Sclauinos, siue Sclauos gesta, nec non funestum eius exitum com-*

plecti-

plectitur. Magnam habet casuum varietatem, quæ legentes mirabiliter retinet. Genus scribendi (si totum simul vniuersè spectemus) sanè elaboratum, prudens, graue, iucundum, disertum, planeq; oratorium. Affert ad vitam humanam ex rerum vicissitudine ac mutatione quam rectissimè instituendam documenta vtilissima. Eo siquidem fine potissimùm historia texitur, vt aliorum exemplo velut in speculo, quid in moribus nobis sectandum fugiendumúe sit, contemplemur. Nec lectorem suum tantummodo meliorem, sed etiam doctiorem dimittere studet; & cum alios summi ordinis scriptores, tum Homerum se non oscitanter legisse ostendit. Multa nihilominus particulatim laudari in hac historia Mauriciana possunt: vt descriptiones montium, fluminum, castellorum, locorum, pugnarum, rituum; orationes partim sacræ, partim ciuiles, partim militares, sententiis ornatissimæ ac robustissimæ, & omnino eloquentissimæ: similitudines ad illustrandum accommodatæ: multa prudenter dicta: multa pia pie explicata. Si igitur historia quoquo modo scripta delectat, hæc historia scripta ad hunc modum, necesse est multò amplius delectet: in cuius contextu græco innumeris locis emendando, & interpungendo nos etiam atq; etiam, maioremq; in modum laborasse credas velim.

Iam vero Photius, qui in iudicio de hac historia ferendo acutum se præbuit, in synopsibus, seu argumentis singulorum librorum conficiendis parum accuratè, fideliterq; versatus est. Haud enim ipsemet ex lectione, & memoria illas composuit (quod multis iam persuasum opinor, qui Theophylactum nostrum nondum viderunt, & Photianam Bibliothecam euoluerunt) sed lemmata, seu summulas sectionum, ab aliquo lectore, aut librario inductarũ, & in vestibulo totius operis (vt mos est) simul ordinatim positas, vt inuenit, ita in octo fasciculos constrinxit, ac nihil pœne à se animaduersum interiiciens, alienum laborem pro suo nobis obtrusit, & fucum fecit. Cum autem lemmata illa nunc imperfecta sint: nunc minus quam pro re contineant: nunc plus contineant: nunc ab ordine rerum narratarum discrepent: nunc falsa sint; hæc omnia vitia in epitomis Photianis æquè reperiuntur. Quibus nos tollendis operam dantes, epitomas ad ipsam narrationis integritatem, seriem, veritatemq; accommodauimus: quod facilè perspiciet, qui periochas istas, siue argumẽta, siue synopses (vt nobis placuit appellare) cum iis quæ apud Photium leguntur, conferre voluerit. Quamobrem etsi eius nomen in his omittere sine piaculo poteramus, ne tamen quispiam recognitionis, seu emendationis nostræ ignarus, aut nos tam nobi-

nobilem scriptorem nondum vidisse admiraretur: aut illi gloriam suam inuidisse opinaretur, synopsibus singulis Photij Patriarchæ, immò Pseudopatriarchæ nomen præposuimus. In capita vnumquẽque librum nos primùm, nostrum secuti iudicium diuisimus, & suum cuiq; argumentum præscripsimus.

De inscriptione huius historiæ.

Libros hosce οἰκουμενικὼ ἰσοείαν non ab ipso historico, sed ab aliquo ipsius studioso lectore, aut librario inscriptos existimo, quod obseruarim, vetustos scriptores de titulis monumentorum suorum, siue de inscriptionibus adeo parum fuisse sollicitos, vt eos sæpe omiserint. In quo posteris errandi, ne dicam ineptiendi data est occasio. Splendida sanè appellatio, & quæ vniuersam quandam orbis, seu rerum per orbem gestarum explanationem polliceri videatur: cum tamen non nisi Mauricij res, neque illæ omnes hoc volumine explicentur. Multa siquidem etiam alibi, & in occidente, & in Italia præcipuè gessit. Quid ergo? Arbitror inuentorem huius inscriptionis ad ipsum Imperatorem, (qui tum nullo alio occidentis Imp. οἰκουμενικὸς dici verè potuit) respexisse: vt non tam œcumenica, quam œcumenici historia nominanda videatur. Nos, vt omnem ambiguitatẽ obscuritatemq; fugeremus, simpliciter, nec falsò,

& quod satis est, historiã Mauricij Imperatoris inscripsimus: non impedientes, si quis nihilominus οἰκειρχικῶ voluerit appellare.

Qui res Mauricij perscripserint.

Quanquam de hoc magno, & illustri Imp. complures scripserunt, duos tamen potissimum laudandos, cæterisq; sine vlla controuersia longissimè anteponendos video. Euagrium, omnium antiquissimum, & ipsius Mauricij æqualem, cuius extant libri historiæ ecclesiasticæ (qui cum non nisi ad duodecimum eius annum peruenerit, apparet ante illum vita excessisse: Mauricius quippe annis vigintiimperio præfuit) & Theophylactum hunc nostrum, qui proximè secutus est Euagrium, scripsitq; regnante Heraclio, Phocæ successore, & scripsit ex instituto libris 8. historiã Mauricij, accuratissimè & elaboratissimè, vt videbis. Ex quo tanquam flumine cæteri suos riuos deduxerunt: inprimis Theophanes, qui, quod Iustinus Trogo Pompeio, & Xiphilinus Dioni, hoc ipse Simocattæ fuit; compendium enim quoddam confecit, & id Anastasius Bibliothecarius interpretatus est pæne totum. Paulus Diaconus in Miscella, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Callistus. Omnes isti suas narrationes hinc deriuarunt, secundum Theophanem Nicephorus potissimùm.

Verùm

Verùm nos dulcius ex ipso fonte bibamus. Multo enim apud nostrum omnia copiosius & diligentius (tametsi non sine digressionibus, sed vtilibus & iucundis) explicantur. Et gratia magna, Nobili ac Magnifico D. Ioanni Georgio Hervvardo ab Hohenburg, Sereniss. Principis Bauariæ Consiliario intimo, & inclytorum statuũ Bauaricorum Cancellario; cuius cura & impulsu factũ est, vt edito Catalogo codices græci manuscripti bibliothecæ Bauaricæ cum doctis viris aliquando ad publicam vtilitatem communicaretur. In quibus hunc diutius iacere in tenebris non oportuit.

De omissis à Simocatta.

De cæteris à scriptore hoc in Mauricij rebus prætermissis, & quia perpauca, & quia non magni momenti sunt, nihil dicam. Illa, à reliquis omnibus posita, & narratione ac scitu dignissima, quare tacuerit (ignorare enim ea non potuit) coniectura indagemus licet. crudelitatem in captiuorum XII. millia, quos cum non ita grandi pecunia redimere potuisset, (non enim plus nummo aureo in caput constituebat Chaganus, immò dimidium) ex auaritia noluit: atq; ita vt omnes ad vnũ mactarẽtur in caussa fuit. Et displicuit hoc verbum coram domino. Quamobrem per quietem se ad Christum iudicem

citari, & accusari à captiuis vidit. Interrogatusq; hîc ne, an in futura vita pretium sibi pro scelere vellet reddi, hîc hîc, misericors Domine, respondit: Tum Iudex, tradite illum Phocæ cum vxore & liberis. Experrectus Philippicũ sororis maritum repentè accersiuit; & quoniam eum tyrannidis suspectum habebat, ideoq; in carcerem coniecerat, ingenua procidẽs veniam ab eo petiuit. Hæc à Theophane fusius exponuntur. Perstringit ea duntaxat Nicephorus lib. 18. cap. 38.

De libertate auctoris in appellationibus.

Monendus mihi es, bone lector, Theophylactum in Persis, & Perside nominandis esse copiosum & varium. Nominat enim illos etiam Babylonios, Parthos, Medos, Chaldæos, barbaros: hanc Medicam, & Babyloniam (quo vocabulo & Seleuciã, regiam sedem, aliquoties intelligit: nam & Babylonia dicta est) siue poëtas imitans, qui vicinorum nominibus in appellandis locis, & gentibus vtuntur: siue quia olim sub eadem monarchia omnes fuerunt: siue quia alij ex aliis descenderunt, & alij post alios rerum potiti sunt. Cui rei probandæ faciunt illa verba legati Chosroæ regis Persarum ad Mauricium Imp. lib. 4. cap. 13. ἢ οὐκ ἐκ βαβυλωνίων μῆδοι, ἐκ δὲ μήδων οἱ πέρσαι, μῦ δὲ τούτου οἱ πάρθοι, ὥσπερ τινὶ ἀκολουθίᾳ

κολυθία προσδοχῆς τὴν χαλδαίων εὐδαιμονίαν ἐκτήσαντο; Annon è Babyloniis, seu Assyriis Medi, ex Medis Persæ, ex his Parthi, quasi quadam consequenti successione Chaldæorum opes acquisiuerunt? *Poëtas autem vti vicinorum nominibus ingentibus, & populis appellandis, atq; adeò in Persis, de quibus agimus, testis locuples erit Horatius, apud quem etiam Medi, & Parthi, planè sicut à nostro Simocatta nominantur. Ab historicis Græcorum quoque bellum Græcis à Xerxe illatum, τὰ μηδικὰ sæpe dicitur. Abares etiam modò Scythas, modo Hunnos, modò Turcas vocat. Nos Persarum, & Persidis nomina ad vitandam ἀμφιβολίαν & confusionem lectorum, vbi sensus patitur, vbique retinemus. Interdum Romanos, (hoc est Græcos,) qui à temporibus vsq; Constantini M. propter imperij sedem in Orientem translatam ita cœpti sunt nominari, (vt Annotationibus in Cantacuzeni historiam docuimus) etiam latinos appellat.*

Cætera quæ te scire volo, in Notis exspectato.

CAPITA TOTIVS HISTORIÆ PER LIBROS.

Libri Primi.

I. Tiberij Augusti sub excessum præclara oratio. Mauricius successor palam declaratur.

II. Vox diuinitus ad Tiberium delata: eius è vita abitio: populi luctus & lacrymæ: funus & sepultura.

III. Inter Abares, & Romanos ictum fœdus ignominiosum. Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum, & præter pactam in fœdere pecuniam, 20. millia ab Imp. poscit: fœdus rumpit.

IV. Vrbs Singidon à Chagano capitur: Augusta, & Viminacium expugnantur: Anchialus deuastatur: vici propinqui hostiliter diripiuntur. Romanorum ad Chaganum legatio.

V. Liberior, & minacior Comentioli apud Chaganum, eiusque optimates oratio, cum prędicatione Romanorum eximia.

VI. Chaganus excandescit: Comentiolum punit atrocius. Alia ad Abares legatio. Viginti aureorum millia ad priora octoginta spondentur.

VII. Sclauorum ad longum murum hostilis progressio: & in iis cædendis fugandisque Comentioli ducis memoranda virtus.

VIII. Fœdus à Chagano iterum pessundatur. Caussa Bocolabras quidam magus, Scytha genere. Targitius Chagani Legatus in insulam relegatur. Vrbes Romanorum subiguntur.

IX. Transitus ad res Persicas. Romanorum cum Persis ad Nymphium flumen aduerso Marte congressus.

X. Mauri-

X. Mauricij, & Constantinæ Augustorum nuptiæ magnificentissimæ. Ciuitatis publica lætitia, gratulatioque.

XI. Incendium in foro sub initia imperij Mauritij. Miraculum de concha Glyceriæ martyris. Paulinus Præstigiator in crucem agitur: filio caput amputatur.

XII. Aphumi castellum à Persis, Acbas à Romanis oppugnatur, & à Persis superuenientibus liberatur. Ingens terræmotus imperio Mauricij adhuc recenti, eiusdemque consulatus, & in populum liberalitas. Ioannis ducis exauctoratio.

XIII. Philippicus Imp. Sororius, Prætor orientis decernitur. Eius expeditiones. E Perside redeuntes Romani, via aberrant, & extrema siti cruciantur. Captiuos vtriusque sexus interficiunt. Pueri seruati, moriuntur siti.

XIV. Philippicus Arzanenam regionem suis diripiendam permittit. Ab imitatione Scipionis Romani commendatur. Ægrotat. Cardariganus Monocartnm frustra inuadit: latrociniis & incendiis grassatur. Philippicus Byzantium redit: inde rursum veris initio discedit.

XV. Persarum ad Romanos de bello finiendo legati. Mebodi Legati oratio. Locus communis contra bellum. Romanorum recusatio, & ad confligendum cum Persis promptissima voluntas.

Libri Secundi.

I. Izalæ montis descriptio; & cur dux Romanus eò se transtulerit.

II. Cardarigani fastus. Magos consulit: victoria promittitur: in Romanos itur. Romani hostes explorant.

III. Acierum vtrinque dispositio. Philippicus sacram Saluatoris effigiem circumferens, animorum incredibile robur militibus addit, cohortationem adiungit. Pro victoria Deo cum lachrymis supplicatur, Rogatur dux vti secedat. De incertis belli locus communis. Locus pugnę, & illi vicina patria virorum illustrium.

IV. Romani victores spolia legunt inuito duce. Eius strate-

gema. Persarum fuga. Cædes vtrinque plurima. Vox diuina ad Romanos. Persæ fugientes in colle obsidentur.

V. Stephanus de Persis fugitiuis non deletis se purgat. Conflictus apud castra. Cardarigani infaustũ strategema. A Darenis excluditur cum conuitiis. In castris Romanorũ falsus rumor.

VI. Miles Romanus quadruplici vulnere saucius, in castra portatur, fortique animo emoritur. Donatiuum datur militibus. Vulnerati in vrbes proximas, & castella ad curationem dimittuntur. Romanus Persidem incursat.

VII. Arzanenam Romani vastant. Incolę sub terram se abdunt: à captiuis produntur: resono pulsu explorantur, & educuntur. Chlomarum castellum. Romani obsident. Duces Arzaneni duo ad eos transeunt: locum castello excitando ostendunt.

VIII. Cardariganus cũ manu bellandi imperita in Romanos sese agit. Heraclius cum comitatu suo absq; armis speculatum egressus, periculum euadit. Philippicus militem dispersum, ad resistendum hostibus recolligit. Labertas Persa suis ad locum munitum præit. De media valle, seu fossa inter Rom. & Persas, & horum clandestino discessu. Chlomari obsidione Romani abstinent.

IX. Philippicus inconsideratè fugit. Timor, tumultus, angor in castris: militum fuga nocturna, & misera. Aphumos petunt: ibi ducem fugitiuum dicteriis lacessunt, Persæ eos lento passu insequuntur: in extremos iaculantur. Mula lecticaria ducis feritur. Theodorus neglectæ custodiæ accusatur. Dux redit: castella apud Izalam reficit: Heraclio exercitum tradit: mœstus à bello vacat.

X. Tigris fluuius describitur. Gesta Heraclij ducis in Persida ad meridiem. Missio militum in hyberna. Morbus Philippici, & exercitus ad Persas denuo vexandos diuisio. Res contra Abaros feliciter, & cum gloria administrata. Chaganus fugæ beneficio seruatus.

XI. Comentiolus fidei violatæ, timiditatisque reprehenditur. Montis Æmi luculenta descriptio. Hostium transitus inueſtiga-

ueſtigatur. Caſtus fortuna proſpera elatus, Comentiolum deſerit: in calamitatem incidit.

XII. Agmen Caſti, timore perculſum diſſipatur. Capti de Romanis atrociſſimè pulſantur. Caſtus, & cũ eo multi in poteſtatem veniunt. Abares in Thraciam vaſtabundi ſeſe infundunt. Anſimuthus peditatus Thracij Præfectus capitur. Conſultatio Comentioli cum primoribus, & ad conſtanter dimicandum cohortatio.

XIII. Chiliarchi oratio de hoſtibus non inuadendis: à paucitate militũ, ab accepta recens calamitate. Huic ſuaſori ſenex miles aduerſatur conſtātiſſimè, & lacrymans audientiã rogat.

XIV. Oratio ſenis, qua ſententia Chiliarchi vt timida & ignaua refellitur, & Abares armis appetẽdos conſulitur: ipſius hoſtis, Romanorumq; veterum exempla aſſumuntur, & ſententioſa cohortatio adiungitur.

XV. Perſuadet ſenex: arma capiuntur: in hoſtem gradiuntur. Ex falſo terrore clamor totum exercitum diſturbat. Fugit etiam Chaganus. Abarum complures obtruncantur. Chaganus Apperiam caſtellum adoritur.

XVI. Buſa miles fortiſſimus, venationi intentus capitur, & à ſuis nec precibus nec lachrymis lytrum impetrat. Docet Abaros fabricare machinam expugnatoriam: cuius adactu proſtratis mœnibus, oppido potiũtur. Beroen irrito conatu Chaganus oppugnat, incolis ſtrenuè reſiſtẽtibus: qui tandem non grandi pecunia obſidionem redimunt.

XVII. Chaganus à Diocletianopoli, Philippopoli, & Adrianopoli repellitur. Imperatori à plebeiis quibuſdã propter Caſtum & Anſimuthum à barbaris captos maledicitur. Ioannes Myſtaco Adrianopolim miſſus, hoſtes per hypoſtrategũ vincit. Palabundi fugiunt. Moderatio ducis in victoria.

XVIII. Heraclius Caſtrum Perſicum oppugnat acerrimè. Incolarum in ſeſe defendendis induſtria. Ipſum, & Mazarorum præterea occupãtur. Theodorus ab agricolis ad Beiudaës oppidulum inuitatur. Infeſtiſſimè oppugnatum, Saperij militis ſingulari, eximiaque virtute capitur.

Libri

Libri Tertij.

I. Priſcus in locum Philippici ſurrogatur. Annona militum contracta. Germanus Epiſcopus Damaſci honorificè à Priſco habetur. Cur ab eo Monocartum ductus. Priſci faſtus in contemnendo more vetuſto. Tumultus in caſtris duas ob cauſſas. Imago Chriſti ad ſedandas turbas circumlata. Dux periculum fugit: Detrahi militibus de conſueta annona vetat: medicum quærit à quo ſanetur.

II. Tabernaculum Priſci diripitur. Legatus eius ad exercitum. Germanus, quanquam multum repugnans, dux cooptatur. Epiſcopus Legatus ſpernitur. Statuæ, & imagines Imperatoris deiiciuntur abolenturque. Edeſſeni Epiſcopi irrita legatio. Clades orientis.

III. Legati ad Priſcum. Eorum in militibus placandis infœlix conatus. Priſcus Byzantium diſcedit. Aduerſus Philippicum rebellio. Perſæ occaſione vtuntur: Conſtantinam obſident: à Germano depelluntur. Ariſtobulus palatij Præfectus milites ad officium reuocat.

IV. Martyropolis aditu Romani à Perſis prohibentur. Hoſtes inſequentes dimicatione deuincunt. In Imper. beneuolas mentes accipiunt; captiuis, & ſpoliis eum honorant. Philippici timor. Stipendia perſoluta. Roma Longobardis reſtitit. Mauri in Africa domantur.

V. Carcer Giligerdi caſtelli, in quem diuerſi mortales includebantur: vnde ſe & alios per cædem Romani eximunt. Philippicum Gregorius Antiochiæ Antiſtes exercitui conciliat. Perſæ Martyropolim occupant. Sitta dolum machinato, Perſis Romani ſuccumbunt. Philippico amoto, Comentiolus in munere ſuccedit.

VI. Comentiolus cum Perſis acie congreſſus, fugit. Heraclij miranda virtus. Aphraates dux Perſicus occidit: Perſæ in fugam vertuntur. Munera Imperatori de præda mittuntur. Ludi ob victoriam Byzantij. Suaniam in Colchis Perſæ inuadunt. Turcarū luxus in auro & argento. Perſis viciſſim tributa penſi-

penſitant. Præda Suaniæ Babylonem mittitur. Dux, Romanus nomine, à Mauricio in Colchidem miſſus.

VII. Romanus reditũ molitur: milites placat: hoſtium conſilia indagat. Romani exploratores dolo deluduntur, & torquentur. Varamus prouinciam Romanorum depopulatur; abeuntes ſequitur. Phalanx eius in fuga cæditur. Conflictu totis copiis inito, Perſæ ſuperati, fuga vniuerſi ſalutem petere conten dunt. Romani inſequuntur.

VIII. Hormiſdas Varamũ bifariam dedecorat, à quo contra contemnitur. Armenij Prætore ſuo iugulato, rebus nouis abutuntur operã. Comenciolus turbas componit. Defectionis inuentorem clementia Imp. conſeruat. Ad Perſicas Tragœdias παρασκήν. Sarames ad capiendum, vinciendumque Varamum miſſus, ab eodem elephanto obiicitur.

IX. Ad tempora Iuſtini iunioris, & Tiberij, propter originem belli Perſici declarandam digreſſio. Belli execratio. Iuſtinus fœdera tranſgreditur. Romani in Perſas, Perſæ in Romanos belli cauſſam coniiciunt. Mendacium Perſarum.

X. Marcianus Patricius in orientem dux mittitur. Tribus millibus Arzanenam deprædatur. Prope Sargathum Perſæ cæduntur. Thebothum caſtellum inaniter oppugnatur. Choſroę ſenioris in Romanos expeditio. Adormaanes Romanorum loca populationibus miſcet; ſuburbana Antiochiæ ædificia demolitur. Apameam incendio fœdat.

XI. Marcianus gradu mouetur: Dara à Perſis capitur. Induciæ. Tiberius à Iuſtino collega aſciſcitur. Eiuſdem Iuſtini ad eundem de imperio legitimè adminiſtrando ſapiens, & pia parænesis.

XII. Gratulatio populi de Tiberio in collegam aſcito. Eius de pace legatio, & liberalitas. Iuſtiniani ducis laus. Pecunię bene collocatæ fructus. Inter Romanos, & Perſas fœdus. Romanorum propter Choſroæ præſentiam trepidatio.

XIII. Ducis Romani excellentiſſima concio, qua ſuis acriter, & cum mortis contemptu confligendi ardorem conatur immittere. Fiduciam vincendi ex hoſtium, & ſacrorum Perſi-

corum deſpicientia auget. Dicit autem incisè, & membratim, quò dicat vehementius.

XIV. Romanus miles pugnã ſitit. Perſæ in hoſtes cum faſtu gradiuntur. Ambarum acierum diuerſa diſpoſitio, Vincuntur Perſæ; & fugiunt. Choſroæ turpis reuerſio. Eiuſdem lex de Romanis in poſterum bello non laceſſendis.

XV. Romani Perſidem infeſtam habent. In mari Hyrcano piraticam faciunt. Domum redeunt. Perſæ in regẽ ſuum contumelioſi. Militaris annonæ apud eos ratio. De pace vtrinque legationes. Romanis in Armenia ſubactis, pacem Perſæ repudiant. Mauricius in Armeniam mittitur: in Perſidem irrumpit: febrim habet. Multa caſtella diruuntur. Captiuorum Perſarum ingens numerus.

XVI. Romani multa loca ad vaſtitatem redigunt. Iuſtini deceſſus, & monarchia in Tiberium translata. Eius encomium. Choſroę filius Hormiſdas ſuccedit: cuius immanitas deſcribitur: cauſſa ſubiicitur, ariolorum falſa prædictio. Nequitia dæmonum. Alia Hormiſdæ ſcelera.

XVII. Hormiſdæ ſuperbia. Pacem auerſans, tributa poſtulat. Mauricius Perſidem deformat. In Cappadociam abit: in Perſidem per ſolitudinem Arabiæ properat: eum Nomades barbari proſequuntur, quorũ infidelitas reprehẽditur. Inanis Mauricij conatus, ad Callinicum oppidũ Romanorũ victoria.

XVIII. Ad Conſtantinam Romani Perſas cædunt. Mauricius Byzantium redit, defunctoque Tiberio principatum capeſſit. Reditus ad ordinem hiſtoriæ; ſed prius de Varami patria, genere, fortuna, geſtis honoribus, & quo pacto exercitum in regem exulcerarit.

Libri Quarti.

I. Varamus contra Hormiſdam exercitum colligit. Eius promiſſa illecebroſa. In Chubriadanem Inſpectorẽ regium. Perſarum immanitas. Niſibis diripitur. Ibidem de Hormiſda regno exuendo coniuratur. Legati militum ad Varamum. Zaba fluuius. Varami in Legatos benignitas. Hormiſdæ ex aduerſo caſu ira, & inſania.

II. Va-

II. Varamus per hyemem caſtella oppugnat. Zadeſpras peculator carcere ſolutus, ad hoſtes transfugit. Pherochanes regis dux Varamo cum precibus dona incaſſum offert. Varami inuentum, quo copias aduerſarias ad ſe traducit, dum Hormiſdam in ſummum apud eas odium inducit.

III. Pherochanes à ſuis occiditur: eius tentorium diripitur. E militum reliquiis Hormiſdas cuſtodes ſibi facit. Ciuium per vrbes regias ſuper geſtis admiratio. Bindoëm, virum illuſtrem frater è carcere eripit. Hormiſdas in regia inuaditur. Eius ornamenta ſumptuoſiſſima. Bindois in illum maledicta. De throno abſtractus, in vincula datur. Choſroës filius periculi metu fugit: accepta fide in regnum redit. Hormiſdas ad principes Perſarum de repub. dicendi facultatem exorat.

IV. Concio Hormiſdæ. De iniuria ſibi facta expoſtulat. Conditionem priſtinam cum præſenti, illius delicias cum huius miſeriis, & ſqualore comparat. Ingratos, & impios in ſe, illorum animos increpat. A tyrannis cauendū monet. Choſroën propter mores ſceleratiſſimos regno excludendum, fratrem creandum ſtatuit. Acta ſua commendat.

V. Bindoës orationem Hormiſdæ irridet, & in eum, vt multimodis ſceleratum, dirius inuehitur. Refutat etiam ex quibus ſeſe commendauerat. Tandem capite puniendum pronuntiat.

VI. Conuentus ira percitus in Hormiſdam, ante oculos eius filium necat: reginam vxorem in fruſta diſſecat: ipſum pupillis aduſtis cæcitate multat. Per digreſſionem res Cabadæ interſeruntur: quemadmodum ſcilicet erepto ſibi regno in carcerem miſſus, inde vxoris beneficio euaſerit, regnumque recuperauerit.

VII. Choſroës in ſolio cum acclamationibus locatur. Eius in patre captiuo alendo liberalitas: qui tamē omnia, addita verborum aſperitate reiicit. Iuſſu filij vſque ad necem fuſtibus contunditur. Hypocriſis Choſroæ. Varamum donis & pollicitationibus fruſtra tentat; à quo per epiſtolam cum faſtu ſcriptam de ſeditioſis in carcerem reuocandis monetur.

VIII. Rex ad procerum conſeſſum de literis Varami refert. Ad iram ab iiſdem extimulatur. Eiuſdem cautio. Literę Choſroæ ad Varamum, quibus faſtum eius excuſat; culpam in ſcribam facetè transfert: negat ſe facturum quæ poſtulet: ſpiritus regios oſtendit.

IX. Choſroes contra Varamum delectus agit, duces præponit. Copiæ fluuio ſeparantur. Fruſtra collocuti, ad velitationes veniunt. Choſroæ timiditas. Varami fidētia. Choſroes ſuſpectos interficit. Noctu inuaditur. Multa cædes editur. Multi ad Varamum deficiunt. Etiam ipſe Choſroes fugam init.

X. Conſultat Choſroes, quò ſe vertat: Chriſtianorū Deum inuocat: frœno dimiſſo, equi greſſum ſequitur: Circeſij à Probo humaniter accipitur: Comentiolo duci eius aduentus, & quid ab Imperatore petat, ſignificatur. Mittitur cum epiſtola nuntius ad Mauricium, quem ingens inde lætitia occupat.

XI. Literæ Choſroæ ad Mauricium. Duo eſſe imperia omnium maxima, Romanum & Perſicum. Accuſatio Varami, contra quem concitatur Imp. & auxilium rogatur.

XII. Perſis proceribus blanditur Varamus: Choſroen quæri, ac vinctum ſiſti iubet. Bindoës vinculis adducitur. Varami in regno occupando aſtus: ſemet regem inſtituit. Ad præſidiarios Martyropoli eius mandatum, A Mauricio per ducem Comentiolum Choſroës honoratur. Eiuſdem impoſtura.

XIII. Choſroës vt vafer, & malæ fidei reprehenditur: eum ad ſe venire Mauricius non vult. Legati Choſroæ ad Imper. Principis Legati oratio, qua intereſſe Romanorum, Perſicum ſtare imperium, præclara diſputatione probat. Multa de Alexandri Magni ambitione differit, & Imp. ad ſuccurrendum regi vehementer incitat.

XIV. Dicta placent, auxilium decernitur. Mauricij ingenuitas. Captiuos Choſroæ remittit, eumq; per Melitenenſem, & Antiochenum Epiſcopos donis, & ſolatio proſequitur. Choſroæ ad Niſibenos de officio Legati. Varami legati ad Imp. cum promiſſis reiecti. Satrapæ Varamo, eius moribus importuniſſimis

simis irritati, necem struunt, & in palatium irruentes, cœpto frustrantur, miserèque occiduntur.

XV. Bindoes euadit: copias Andrabigano educit: Mystaconem de statu Chosroæ docet, quem armis iuuandum Imperator Mystaconi commendat. Varami casus cum lætitia narrantur, & audiuntur. Bindoës regiam pecuniam in militem erogat. Nisibim obsidentes ad Chosroæ partes accedunt. Arabia, & vrbes vsque ad Tigrim Chosroæ traduntur. Martyropolis Romanis opera Domitiani Episcopi deditur. Chosroes vt ingratus castigatur. Sittas proditor ignibus crematur. Perfidi Romani puniuntur, Domitianus festum diem indicit, concionem gratulatoriam habet.

XVI. Festiuissima Domitiani concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad lætitiam inuitatur; clementia Imp. eximiè commendatur: exemplum humanitatis Iesu Christi Seruatoris nostri inducitur, Persisq; hostibus insultatur. Applausus populi, & præ gaudio lacrymæ erumpentes.

Libri Quinti.

I. Varamus re cum suis deliberata, copias aduersus Chosroen in diuersa loca destinat. Nisibi conuitiis incessitur. Zadespratæ nuntij pessimè ibidem accepti, ad Chosroen transmittuntur, qui in aduersa fortuna Sergij martyris opem, cum promissione crucis aureæ, lapillis distinctæ implorat. Zadespraten Rosas à Salchone impulsus, strategemate quodam interficit.

II. Zadespratæ caput, & spolia ad Chosroen portantur. Anathonum missi ducem occidunt; caput eiusdem Chosroæ transmittunt; qui religionem Christianam prædicans, Mauricioque de secundis rebus suis significans, auxilium, & pecuniam mutuam petit. Comentiolus rogatu Chosroæ abdicatur, cui Narses ipsius stipator substituitur.

III. Narses cum Romano milite, & Chosroe Persidem ingreditur: Chosroes rex acclamatur: à Darenis honorificè excipitur. Domitiani Antistitis ob ingressum illius in templum

minæ. Veniam petit rex. Templo eiicitur: muneribus regiis à Mauricio ornatur. Persæ Varamo deserto, ad eum desciscunt. Daram oppidum Imperatori donat. Legatum eius muneratur Imp. ipsumque filij appellatione cohonestat.

IV. Per Singarum Chosroæ aduersus Varamũ delecta manus. Re conspecta Varamus ad pugnam exit. Procedit vltra cum auxiliis Chosroes. Domitianus milites ad fortiter præliandum, atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat.

V. Militum pugnandi ardor. Chosroæ custodia Romana attribuitur. Ex Armenia copiæ exspectantur. Chosroes manipulos, vires hostium exploratũ dimittit. Bryzacius dux Persa à Romanis captus, auribus & naso mutilatur. Chosroes prosperitate sua lætus, ducem Romanum acuit: duces Romanos atque Persas conuiuio excipit. Adductus inter epulas Bryzacius illuditur, & interficitur. Hilaritas epulantium.

VI. Mebodis nuntius ad Præfectum Prytanei de commeatu, & pecuniis sufficiendis. Thesaurorum custodis fuga. Seleuciæ conditor. Euphratis descriptio. Mebodes Seleuciam noctu irrumpens, cædibus promiscuè grassatur. Ctesiphontæi fama conterriti, deditionem decernunt. Antiochiam Persarum condidit Chosroes. Iustinianus eidem regiam extruxit. Mebodis Antiochiam litteræ.

VII. Epistola nomine Romanorum ad ciues Antiochiæ Persidis. Fugitiuos, & Varami factionem poscunt. In ducem, & dedititios animaduertunt. Iudæos quoque tyranni administros trucidant. Qua occasione in Persidem commigrarint Iudæi, eorumque aculeatior vituperatio. Alexandriana locus vnde dictus.

VIII. Transitum fluminis Romani præoccupant. Vnde audacia Varamo. Eius speculatores capti rem produnt. In Amisenos irruptio. Ad lacum Varamus Romanis occurrit. Sine pugna abitur. Narses Ioannem monet, ne separatim cum Persis in aciem descendat.

IX. Chosroes nuntiis lætissimis afficitur. Exercitus tres in vnum

vnum coniunguntur. Chosroes, & Varamus, quantum exercitibus valuerint. Varami insidiæ patent. Barbarorum clamores & tumultus ; Romanorum quies. Ad prælium acies dispositæ Barbari in montem confugiunt. Persarum temeritas.

X. Varami fuga ad loca varia, quem Romani persequuntur. Certamen in campo paratur. Tessera Romanorum AVE MARIA: Pugna describitur. Sex millia Persarum fugientium. In captos Chosroæ sæuitia. Turcæ donantur Mauricio. In frontibus eorum vnde crucis signum.

XI. Tabernaculum Varami diripitur. Barbari ex elephantis tela spargentes, Romanis succumbunt. Bestiæ Chosroæ donantur. Spolia leguntur. Disceditur. Chosroæ ob partam victoriam lætitia. Romanos parum gratus domum remittit: ab iis de officio admonetur. Mille custodes corporis Mauricium rogat.

XII. De sancta fœmina Golinducha apud Hierapolim. Genus, connubium, ecstasis. Quid à marito propter Christianismum perpessa sit. Altera eiusdem diuinitus illustratio, & de morte mariti vaticinium. Nisibim migrat. A sacerdotibus Christianis mysteriis imbuitur. A magis quæritur : in carcerem diuturnum traditur, inde per angelum liberatur. Hierosolymis sancta adorat : Chosroæ futura prædicit : Hierapoli vita innocentissimè exacta, in cœlum abit.

XIII. Chosroes Sergio martyri crucem auream, & gemmatam dono fert. Epistola eiusdem de voto suo. Posthabita lege Persica, Siram fœminam Christianam ducit, reginamque renuntiat.

XIV. Chosroes prolem à Sergio martyre contendit. Cum donis epistolam mittit, qua se voti compotem euasisse narrat, cum singulari erga Sanctum reuerentia, & Christianè prorsus.

XV. Tyrannidis Varamo conscij, morte plectuntur: Bindoës in Tigridem proiicitur. Fœdus & pax inter Persas & Romanos ex æquo seruatur. Vaticinia Chosroæ de Romanorum;

rum, Perſarumque imperiis. Quæ item Probo Epiſcopo Chalcidenſium prænuntiarit. Ad res Europæas regreſſio.

XVI. Mauricius ex Oriente copias in Occidentem reducit. Contra Abares ſe inſtruit. Rogatur à proceribus, & Patriarcha, & ipſa Auguſta, atque liberis, ne ipſe ductet exercitum. Nihil impetratur. Solis defectio. Ventorum rabies. Ad Legatum audiendum in vrbem redit. Ad expeditionem reuertitur. Piè ſacra obit. Pauperibus benignè facit. Iter eius à Rompho. A ſpectro forma ſuis incurſatur.

Libri Sexti.

I. In turbulenta tempeſtate Perinthum, ſiue Heracleam nauigare contendens Mauricius, Daonium appellitur. Inde Heracleam equo vectus, Glyceriæ martyris templo reficiendo pecuniam elargitur. Monſtrum pueri in Thracia prognatum, eo mandante interimitur.

II. Equus Imp. derepente diſruptus moritur. Ex euentis futura mala mœſtus auguratur. Grex ceruorum occurrit. A ſatellitibus inſequentibus plurimi funduntur. Gepidæ hominis in quodam ſtipatore propter ornatum veſtitus trucidādo ſcelus nefarium. Tres Sclaui cum citharis capiūtur & examinantur. Quare Sclauorum gens auxilia Chagano negauerit. Eorum ſtudium in muſicis.

III. Senatus Imperatorem per Legatos ad redeundum fruſtra inuitat. Per loca paludoſa, ad pontem anguſtum exercitus incedēs, eius cura, & ſollicitudine adiuuatur. Ad Anchialum caſtra facit. Propter oratores Perſicos Conſtantinopolim repetit. Francorum rex pro ſocietate tributum poſtulans, nihil agit. Chaganus pactam penſionem augeri poſcens, nec impetrans, bellum mouet: Sclauis naues imperat.

IV. Singidonenſes Sclauos incurſant. Chagani voluntate Singidon obſidione liberatur. Nauigia à Sclauis tranſmittendo flumini compinguntur. Priſco Europæi belli adminiſtratio permittitur, qui Saluianum Legatum, ſiue ſubducem legit,

git,& ad clauſtrum præoccupandum mittit. Saluianus conſpectu barbarorum maiore multitudine occurrentium perterritus refugit. Conflictu ad caſtellum Romani hoſtem ſuperant: ſuperueniente Chagano fugiunt.

V. Iter Chagani: Alexandri martyris templum incendit: à Romanis ſpeculatoribus nec flagris extorquere veritatem poteſt: Drizipera adoritur: inde diuino quodam viſo exterritus abit. Priſcus è conflictu ad Heracleam inito, Didymotichum fugit: Zuruli à Chagano obſidetur. Fictis à Mauricio ad Priſcũ litteris in terrorem datus, parua accepta mercede recedit.

VI. Priſcus miſſione data militi Byzantium reuertitur. Ad Iſtrum Sclauos tranſitu prohibiturus mittitur. Eius iter. Chaganus de pace rupta conqueritur: Se enim bello peti ſuſpicabatur. Priſcus licẽtiæ oratoris in Imperatore vt fœdifrago inſectando, ac proſcindendo ignoſcit: aduerſum Sclauos arma illa ſuſcepta eſſe teſtificatur.

VII. Priſcus ſuperato flumine Ardagaſtum prædonem noctu inuadit. Fugit Ardagaſtus, pugnat, rurſum fugit, fluuium tranat. Sclaui populatores iugulantur: capti Byzantium mittuntur. Priſcus noua prædarum partitione milites in ſe irritat: factum callidè tuetur. Eius oratio, qua de tumultu propter prædam excitato exercitum obiurgat.

VIII. Exercitus duci mirabiliter reconciliatur. Locus communis de poteſtate, & efficientia linguæ. Prædæ Byzantium abducendæ Tatimer præficitur. Quid eo factum, & quomodo à Sclauis obuiis præda ſeruata ſit. Ob eam ablatam Imperat. in templo Deo gratias agit: ſupplicationem decernit. Alexandri Centurionis Romani aduerſum Sclauos in extremo huius, & ſequenti capite viriliter adminiſtrata.

IX. Gepida hoſtium myſteria enuntiat, regemque ſubita irruptione capiendum ſuadet. Barbari captiui, iuſſu Priſci mactantur. Gepida ad regem deludendum operam ſpondet: donis & promiſſis à Priſco honoratur. Qua ratione rex bar-

barus circumscriptus, oppressusque fuerit. Romani genium placantes veniunt in summum periculum. De Præfectis vigilum, & quibusdam militibus supplicium sumitur.

X. Priscus trans Istrum hyemare iubetur. Milites tumultuantes, duabus de causis nolūt. Priscus mollit animos, & temperat iras. Quonam modo Gepida Satellitis imperatorij interfector deprehensus fuerit, & vt se mendaciis defenderit. Eius vltimum supplicium.

XI. Monstra in suburbanis Byzantij. Petrus Imperatoris Germanus in locum Prisci Europææ militiæ dux declaratur. Priscus cum copiis flumen transit. Chaganus caussam scisscitatur: quem sui à bello dehortantur. Eius arrogantiam Priscus per Theodorum medicum sapienter castigat, veteri quadam de Sesostri Ægypti rege inducta historia. Mutat mentem Chaganus, partemque prædæ à Prisco postulat. Captiui redduntur. Ob id à Mauricio Priscus reprehenditur.

Libri Septimi.

I. Petrus dux Prisco substitutus, ad exercitum cum mandatis ab Imperatore discedit. Ob annonam partim in vestibus, partim in armis, partim in auro signato accipiendam miles tumultuatur. Mauricius in concione probris appetitur. Iratos dux lenit, edictumque Imperatoris gratiosum, de præmiis bene meritorum proferens, beneuolentiam exercitus reconciliat. Omissis maledictis Imperator collaudatur.

II. Seditio Imperatori nuntiatur. Exercitum mille anteambulant, qui cum Sclauis prædam opimam ducentibus pugna congrediuntur. Cuiusdam Romani virtus. Barbari occiduntur. Petrus in venatu crus allisu frangit. Imperator morarum impatiens, probrosè ad eum scribit: audienſque Sclauos Byzantium iter infestum moliri, in Thracia illi remansionem

nem imperat. Eius è loco in locum profectio. A Nobensibus exoratur, vti cum ipsis solemne S. Lupi Martyris agat. Theodoropolim postmodum abit.

III. Ab Asimitis tum ciuibus, tum præsidiariis honestissimè Petrus excipitur. Eximiorum militum aspectu delectatus, ab oppidanis eos impetrare frustra laborat. Sæua lis, cum sacrorum etiam locorum, & Episcopi contemptu enascitur. Denique desiderio frustratus, & probris oneratus, vrbem deserit.

IV. Mille exploratores à Petro missi, in mille Bulgaros incidunt, quos telis appetunt. Barbari pacem incassum petunt. Romani è prælio fugiunt. Quamobrem barbari fugientes non sint persecuti. De violato fœdere Chaganus querimoniam habet, & muneribus placatur. Hostium consilia Petrus explorat: exploratores capiuntur: modus explicatur.

V. Romani è flumine exeuntes, à barbaris obtruncantur: cæteri ex ipso flumine cum iisdem depugnant. Piragastus occumbit. Barbari cæduntur, fuganturque. Romanorum ex aquæ penuria calamitas. Indicio barbari cuiusdam fluuio reperto, vires instaurant: ab aduersa ripa hostium iaculis conficiuntur, & è flumine egressi, ab iisdemq; deuicti fugiunt. Priscus Petro succedit.

VI. Elogium Ioannis Patriarchæ Constantinopolitani: à voluptatum contemptu: à domitis animi perturbationibus: à ieiuniis: à misericordia in egentes; à studio paupertatis. Eius lecto ligneo, stragulo, penulæ quantum honorem pius Imperator habuerit. Maurorum in Africa rebellio. Carthaginensium metus. Gennadij aduersum barbaros victoria. Ostentum cometæ, & de cometis eruditorum sententiæ.

VII. Priscus exercitum diminutum offendens, à Petri accusatione suorum consiliis auocatur. Vt Istrum transiit. Chaganus eum super aduentu interrogat. Inter ambos de finibus litigium. De Scythis Caucasceis, & Borealibus digres-

sio: & ibi de victoriis Chagani cuiusdam. Non esse Germanos Abares ad Istrum, & vnde illis hoc nominis. Taugast vrbs nobilissima, & eius incolæ : vicini item Mucritæ laudantur.

VIII. Vnde Abares in Europa, & qua occasione hoc nomen assumpserint. Ogorgentis 30. myriades à Chagano interfectæ. De Thurum tyranno ab eodem cæso. Legatio Chagani ad Mauricium de suis victoriis. Mons aureus cur ita vocetur. Apud Turcas pestilentia nunquam visa: terræmotus rari: eorum sacra.

IX. Chagani fœdus cum Taugastensibus. Eorum mores. Fluuius per medios labens. Conditor vrbis huius, & alterius Alexander M. Chubdanensium Principis mors quemadmodum ab ipsius concubinis lugeatur. Plura super Chubdan vrbe. Albi æthiopes ad Septentrionem.

X. Chaganus Singidonis mœnia diruit: populum ad hostes demigrare cogit. Priscus in insulam Istri, deinde Constantiolam venit. Chagani de iure finium regundorum violato expostulatoria oratio: in qua officij in pace conseruanda, tuendoque fœdere Priscus seriò monetur.

XI. In vexanda Singidone Chagani iniquitatem Priscus redarguit, eumque ab auaritia dehortatur : & à victoriæ inconstantia, ac mutabilitate rerum terret : & sententias loquitur. Barbarus ira inflammatus, grauiora comminatur. Ad Singidonem liberandam Gudois mittitur. Obiectu plaustrorum barbari se tuentur. Tandem fugam faciunt. Muri deiecti instaurantur. Chaganus apertè fœdus soluit.

XII. In Dalmatia Chaganus vrbem, & quadraginta castra expugnat. Gudois cum delecta manu ad rem inspiciendam mittitur. Quamobrem per impedita, & inuia loca iter fecerit. Prædam barbaris interemptis recipit. Chaganus mœret. Mauricio, & liberis eius cædes à monacho, strictum portante gladium, à quodam insuper Herodiano prænuntiatur.

XIII. Cha-

XIII. Chaganus Tomeam obsidet, cui Priscus succurrit. In castris hyberna aguntur vtrinque. Chagani singularis, & insperata in commeatu Romanis ad dies sacros sufficiendo liberalitas. Petenti Priscus vicissim donat aromata. Sub iisdem tentoriis pacificè degunt ambo exercitus. Festis transactis separantur. Comentiolus Chaganum contra se venientem timens, retrocedit. Milites ad Iatrum vrbem, velut proditi, probris eum conscindunt.

XIV. Romani diligentius sese obarmant. Comentiolus de permutatis ordinibus reprehenditur. Eius astus. Romanorum fuga. Barbari claustra transitu prohibendo circumsident: à Romanis repelluntur. Comentiolus vt ignauus fugitor Drizieris ingressu contumeliosè arcetur. Eam vrbem barbari occupant. In templum Alexandri Martyris, eiusque cineres eorum impietas.

XV. Supplicium barbaris propter Alexandrum martyrem diuinitus irrogatum sæua pestilentia. Chagani item fiiij 7. vno die moriuntur: cui calamitoso historicus insultat. Comentioli in vrbem Constantinopolim reditu, formido immodica malorum ciues incessit. Imper. copias ad longum murum defendendum mittit. Suadente senatu, legatio ad Chaganum placandum instituitur. Eius luctus acerbissimus. Romanorum de pace turbata reprehensio. Conditiones in quas facta pax.

XVI. Duo portenta, vnum virili, alterum muliebri specie in Nilo conspecta. Vtrumq; accuratè describitur, & prius à Præfecto adiuratur. Reprehensa obiter curiositate Herodoti, & mentione facta aliorum, qui de Nili portentis scripserunt, de eius incremento scripturum pollicetur.

XVII. Nilus fluuiorum maximus, incertis oritur fontibus. Media æstate ascendit. Huius rei caussæ ex variis auctoribus: quorum omnium sententiis improbatis, vnum Anarchidem Gnidium historicus sequitur.

Libri Octaui.

I. Saraceni Romanorum socij Persidem incursantes, Babyloniorum fines deprædantur: ob id Chosroes de fœdere soluendo cogitat. Mauricij ad eum Legatus inhumaniter habetur, adituque regis diu excluditur. Admissus tandem, Chosroen ad pacem reducit, eumque de præteritis docet. Eiusdem Legati impudens ambitio Imp. grauiter offendit. Comentiolus proditionis postulatus, & inciſa accusatione dux denuo constitutus, ad Istrum abit, seq; cum Prisco apud Singidonem consociat.

II. Pax inter Romanos, & Abares Imp. iussu imminuitur. Comentiolus Viminacij ægrotat. Chaganus fines Romanorum vastat: quo mandante, Istri transitus à quatuor eius filiis custoditur. In ripa certamine edito barbari vincuntur. Comentioli absentia excusatur. Barbari vallum Romanorum oppugnant. Nuntius ad duces de periculo. Adest Priscus. Viminacium reducuntur rates. Confligitur, occisisque Romanorum trecentis, oppetunt barbarorum quatuor millia.

III. Alterum prælium cum Abaris. Prudentia Prisci delentur nouem millia. Tertio prælio de superiore loco pugnantes Romani, aduersarios in lacum, seu stagnum compellunt, vbi cum Chagani filiis plerique summerguntur. Periere ad quindena millia. Quarto prælio ad Tissum, seu Tyrsum flumen iterum non pauci occumbunt. Fluuio traiecto Romani exploratores quater mille occidunt, Gepidarum triginta millia: & cum captiuis ad Priscum redeunt. Quinto prælio complures barbari aquis præfocantur: multa millia capiuntur.

IV. Captiui Chagano petenti Imperatoris auctoritate restituuntur. Comentiolus è morbo recreatur. Byzantium ad hyberna profecturus, ducem viæ Traiani apud Nobenses quærit. Quibus dare abnuentibus, irascitur, duosque capite multat. Monetur de sene quodam huius viæ gnaro, quicum verba

verba commutat & litigat. Magnitudine frigorum, Romani multi, & iumenta eo itinere pereunt. Philippopoli hyemat. Petrus iterum dux declaratur. Theodosius Mauricij filius Germani filiam ducit. Tumultus in Imper. ob caritatem rei frumentariæ. Maledicta in eundem, & lapidatio. Clauis audaces deterrentur. Theodosium generum Germanus chlamyde sua tegit.

V. De templo Virginis Mariæ in Blachernis. Auctores seditionis exilio damnati, altero die reuocantur. Petrus ad Istrum ducens, Plastoli æstatem habet: deinde in angulum Dardaniæ secedit. Cum Apsycho hypostratego barbarorum colloquitur. Vtræque copiæ recedunt. Chagani astus. Imperator Petro trans Istrum profectionem mandat. Petrus à Bonoso illustri satellite Imp. nauiculas flumini traiiciendo petit, & Gundoim militibus præficit. Is multos hostium perimit, Romanosque in prouinciam redire non patitur. Artos Romanorum socios Chaganus delere cogitat.

VI. A Chagano quidam deficiunt; ad quos reducendos varios ille modos inuestigat. Quare Romani vltra Istrum hybernare noluerint. Seditio. Fluuium transmeant, & irascuntur grauissimè. Irascitur vicissim Petrus. Eidem per quietem oblata epistola. Castra mouent Romani. Tumultus militaris. Legati militum ad Petrum, de reditu: cui molestus est Imrator.

VII. Petrus Gundui de mandati seueritate ex auaritia profecta flens conqueritur. Duces conuocat, literas exhibet. Miles transire Istrum abnuit. Furor militum, fuga ducum. Phocas Imperator renuntiatur. Petrus fugit: Mauricio rem significat. Mauricius nuntium examinat: quid agat nescit: dolore dissimulato, ludos equestres celebrare pergit. Populum bonum habere animum iubet. Venetorum acclamationes. Tribuni numerum vtriusq; factionis profitentur. Earum factionum vituperatio.

VIII. Legatio Mauricij ad Phocam irrita. Mœnibus Theodosianis custodes apponit. Exercitus ad Theodosium Mauricij fi-

cij filium legatio, aut ipsum, aut eo cedente, Germanum Imperatorem postulantis. Comentiolo vrbis defensio creditur. Germanus Imperatori inuadendæ tyrannidis suspectus, frustra se tuetur: in ædem Deiparæ pro asylo confugit. Eius conditor Cyrus qualis fuerit. Stephanus pædagogus filiorum Imper. ad eum euocandum mittitur. In Sophiæ templum transit. Theodosius vt ob secretum patefactum, fustibus pulsatur.

IX. Germanus denuo ad exeundum sollicitatus, Andreæ pij viri hortatu eodem recurrit. Maledicentia populi in Imp. Muris desertis, custodes se ad tumultuantem populum applicant. Cuiusdam Constantini, viri clarissimi domus incenditur. Mauricius cum coniuge, & liberis in fugam se tradit. Populi in eum & Patriarcham conuitia. Locus communis de leuitate, & stultitia populari. Podagra conflictatur. Filium ad Chosroën pro ope imploranda mittit. Germanus imperium ambit. Prasinis sibi aduersantibus, Phocam sequitur.

X. Phocæ linguis animisque fauetur. Populum cum Patriarcha, & senatu accersit. Detestatio illius, vt hominis improbissimi. Eius simulatio in Germanum. Proclamatus Imp coronatur. In vrbem magnificè inuehitur. Spargit aurum. Ludi fiunt equestres. Vxori Leontiæ corona imponitur. De loco stationis inter factiones contenditur. Alexander homo nefarius ad litem componendam mittitur. In Cosmam Tribunum est contumelios us, ac violentus. Eum Veneti vlciscuntur: quorum vox malè euenit.

XI. Mauricij necem parturit Phocas. Reuocatur ex itinere à patre Theodosius. Mauricij filiorumque in portu Eutropij ad Chalcedonem interfectio. Eius ante mortem præclarissima vox, & Christiano dignissima. Nutricem ipsius infantem pro suo ad cædem supponere non fert. Eius, pro pœna peccatis suis in hac vita irroganda cura anxia. Testamentum, quo imperium inter filios partitur. Domitianus Melitenensis Episcopus eorundem tutor, ab historico commendatur.

XII. Imperatorum corpora in mare abiiciuntur. Quas complorationes eorum mors publicè recitata effecerit. In eosdem mono-

monodia hiſtorici. Capita ad Phocam perferuntur, & in campo militibus ſpectanda proponuntur. Quibus ſuppliciis interfectores, & exercitus rebellis, cædiumque ſuffragator diuinitus interierint. Sub Heraclio duo tantum reliqui. Imperium Romanum in diuturnis poſt necem Mauricij ærumnis volutatum.

XIII. Phocas Petrum Mauricij fratrem, Comentiolum, & alios interimit. Theodoſius, & Lardys ab Alexandro, tyranni iuſſu trucidantur. Narratio falſa de Theodoſio, quo pacto creditus ſit necem effugiſſe, & diuerſa loca peragraſſe. Statuæ Alexandrię Mauricij cędem nuntiarunt. Die nono ſuper eadem nuntius in vrbem allatus. Egregia quædam Mauricij præconia.

XIV. De corpore S. Euphemiæ martyris Chalcedone miraculum; ſudor videlicet ſanguineus in die anniuerſario eius martyrij; qui ſpongiis collectus in vaſculis populo diſpertitur. Quo pacto Mauricius incredulus, fidem cum multis lachrymis habuerit, & ſumma in poſterum veneratione martyrem proſecutus ſit.

XV. Conſtantinam Imperatricem cum tribus filiabus in priuatas ædes contrudit Phocas: Choſroën de ſua creatione, additis muneribus certiorem facit. Apud Daram Legatus Lilius à Germano præſidij Præfecto ſplendidè excipitur, & quid ibi contigerit. Choſroës Mauricij vlciſcendi, bellum Romanis infert. Lilius in Perſide retentus, parum benevolè tractatur. Rumor de Theodoſio adhuc viuo tyrannum terret: vnde Alexandrum, vt imperata non exſecutum, ſua manu obtruncat.

DIALOGVS AVCTORIS.

Argumentum.

Hoc non mediocriter festiuo, & erudito sanè dialogo, Simocatta noster in Phocam, vt importunissimum tyrannum inuehitur: quo imperante (imperauit autem annis octo) res Mauricij nemo ausus est literarum memoriæ commendare: ac proinde eius Imperatoris historia ignota posteris, ac velut mortua iacuit. Iacuerunt itē bonæ disciplinæ, quæ sub Heraclio demū, Phocæ successore, iterum se palamq; ostenderunt. Mirificè laudatur Sergius Patriarcha illius temporis, studiis liberalibus, ipsiq; historico amicissimus: cuius auctoritate ac voluntate permotus, ad hanc historiam conscribendam videtur accessisse. Fingit, vt mos est dialogorum, Historiam ipsam res gestas Mauricij enarraturam, cum philosophia sub platano considere. Plerumque enim in dialogis colloquentes, aut disputantes, sessum se recipere, & suas partes sedendo, idq; in locis amœnioribus nonnunquam, agere introducuntur: vt inprimis apud Platonem, & eius imitatorem studiosissimum M. Tullium videre est.

PHILOSOPHIA, HISTORIA.

ΦΙΛΟ. Τί τοῦτο πάτερ; ἄγε δή μοι τὸ ἀμήχανον τοῦτο γλιχομένῃ μαθεῖν ἀπόλυσον, οἷα μίτῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ ἐκ μυθικῶν περιουμένη λαβύρινθον· δυσέμβατα γάρ μοι, καὶ δυσεύγωγα τὰ τῆς θεωρίας προάστια. ΙΣΤΟΡ. ὦ φιλοσοφία πάντων βασίλεια, εἴγε ξυμπέπτωκέ σοι τε πυθέσθαι, αὐτῇ τε διδάσκεσθαι, ἀποκενώσομαι ὡς ἔχω ξυνέσεως. μηδὲν

PQuid hoc filia? age, mihi discere cupienti hanc dubitationem exime, tanquā filo quodā dilucida explanatione per labyrinthū non fabulosum me dirigens. Sunt enim huius spectaculi vestibula ac proœmia mihi pœnè inacceſſa, parumq; me pelliciunt. HIST. Hem Philosophia, omnium artium regina: si modò & me interrogari, & te doceri de-

cet?

γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, ὡς ἐμοί γε καὶ τῷ κυρίῳ αἰῷ δοκεῖ. Φ. ἡδέως ἐροίμην ἐγὼ, ὅπῃ τε καὶ ὅπως χθὲς καὶ τρίτων ἀνεβίως, ὦ θύγατερ. ἐπέχει δέ τε λόγε πάλιν ἡμᾶς, καὶ οἷα χαλινῷ τινι πρὸς ζωπυρὸν ἀναπρέπεται τὸ τῆς ἀπιστίας ἐπαγωγότατον, μὴ πού γε φαντασία τις περαπισμάτων ἡμᾶς φενακίζηται. πολλὰ γὰρ τῆς χρόνε ἐτεθνήκεις, ὦ παῖ, ἐξ ὅτε εἰσῆρξε τῇ βασιλίδι αὐλῇ ὁ καλυδωνίως τύραννος, σιδήρῳ πρὸς φρικῶδες, μιξοβάρβαρος ἀνὴρ πρὸς κυκλώπων γένος. ὁ τῆς ζώφρονος ἁλουργίδος ἀσελγέστατος κένταυρος. ὦ βασιλείας οἰνοφλυγίας ἀγώνισμα. τὸ γὰρ ἕτερον ζωπήσομαι, αἰδοῖ τῆς ἐμῆς εὐκοσμίας, τῆς τε τῶν ἀκουόντων ζεμνότητος. κἀγὼ δὴ τότε τῆς βασιλέως σοᾶς ἐξωσθεὶς ἀκίδι, ὦ θύγατερ, τῆς ἀττικῆς ὑπεβαίνειν οὐκ ἐῶ, ὁπότε τὸν ἐμὸν βασιλέα ζωπυρήσω ὁ θρᾷξ κακῶς διώλεσεν αὖτος. χρόνῳ δ' ὕστερον ἡρακλεῖδαι διέσωσαν, καὶ τὴν πολιτείαν ἀπέδοσαν. τότε ἄγος τῶν ἀνακλήρων ἀπεδιοπομπήσαντο. ναὶ δῆτα καὶ πρὸς τὰ βασιλέων τεμένη εἰσῴκησαν, καὶ φιλαλῶ τὰ βασίλεια, καὶ πάππα δὴ τὰ ἀρχαῖα καὶ ἀττικὰ μεσουργῶ κελαδήματα. ἐμοὶ μὲν δὴ πάντα ἔτως ἔχει καλῶς. σοὶ δ', ὦ θύγατερ, τίς, καὶ ὅπως σωτήριος γέγονεν. I. μῶν οὐκ οἶδα, βασίλεια, τὸν μέγαν τῆς ἀπαντεχόθεν οἰκουμένης κύριον; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς ἔργοις ἐπαινέτης ἐστὶ καὶ θεράπων, ἐπὶ δὲ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀδικήμασι καὶ ἀσεβήμασι μισόθεος καὶ ἀπάνθρωπος. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν ἐκεῖνος ἐκ τῆς ἐμῆς ἀγκάλης ἁρπάσας ἀπέκτεινε, καὶ τὸν ἐμὸν οἶκον ἐρήμωσε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν ἀφείλετο, καὶ τὴν ἐμὴν ἐλευθερίαν ἐδούλωσε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀσφάλειαν ἐκίνδυνον ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν εὐδαιμονίαν ἐκακοδαίμονα ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἡσυχίαν ἐταραχώδη ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν εὐθυμίαν ἐλυπηρὰν ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἡδονὴν ἐπονηρὰν ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀγαθοποιΐαν ἐκακοποιΐαν ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀγαθοεργίαν ἐκακοεργίαν ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀγαθοπραγίαν ἐκακοπραγίαν ἐποίησε, καὶ τὴν ἐμὴν ἀγαθοπραγμοσύνην ἐκακοπραγμοσύνην

νης ἀρχιερέα καὶ πρόεδρον; Φ. πάνυ μὲν ἔν, ὦ θύγατερ. Φίλ. ἐμὸς ἔτ' παλαιότατ', καὶ θησαυρὸς οἰκειότατ'. Ι. ἔχεις οὖν ἔν, ὦ βασίλισσα, τὸ ζητέμενον αὐτοχέδιον. ἔρμαιον ἐκεῖν' ἀνεψύχωσεν, ὥσπερ ἐκ τάφου λυὸς τῆς ἀλογίας ἀναλαβόμεν', οἷάπερ ἄκησίν τινα, ἀλεξικάκου τινὸς ἡρακλέους ἀναζησάμεν' ῥώμη. εἰσεπηήσατο δὲ μεγαλοφρόνως, πρὶν ἐβαλέπε ἐαθῆτα φαιδρὰν, καὶ χρησέῳ κατεκόσμησεν ὅρμῳ. τόνδε κρώβυλον τεπνὶ, πέπλιξ δ' ὁ ἄρα αὖτως χρύσεός ἐστιν ἐφεζόμεν', ὁ θεσπέσιος ἀτὸς κατηγλαΐσε, τῷ τε παρόντι ζυλλογισμῷ, ἐλάμπυνε. βῆμα τε προτέθηκεν εὐμενῶς ἱδρυμένον, καὶ παῤῥησίαν ἀκίνδυνον. Φ. ἄγαμαι, θύγατερ τῆς μεγαλονοίας τ' ἱεροφάντιδος ταύτης ἐγώ, ὁπόσης κατορθωμάτων ἀναβάσεως ἐπιβέβηκε, τὸν ὑψηλὸν τ' θεολογίας ἀκρώρειαν προκαθήμεν'· ἐπί τε τὸν κολοφῶνα τῶν ἀρετῶν τὸν ἀποικίαν ποιέμεν', καὶ τῶν ὑπὸ ζηλωτῶν πλεονεκτημάτων αὐτέχεται, καὶ βί' αὖτως οἱ πανάριστοι λόγοι· οὐκ ἐθέλει γὰρ ἔτε τὸν πρόσφορον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. ἔτως ὀναίμην τῶν ἐμῶν ἐρασῶν. ἡ ζώματ' ἐπὶ τὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς. ἡ θεωρία

Præsulem & Antistitem?

[*Patriarcharum Constantinopolitanorum superbia, qui in eam vrbem sede imperij vniuersalis & œcumenici translata, se quoq; œcumenicos dici & haberi arrogantissimè concupierunt. Eorum dux fuit Ioannes, in quem acerrimè inuehitur S. Gregorius epist. 76. 77. 78. lib. 4. Et rursum epist. 69. lib. 7. Vixit autem Ioannes ille Mauricio Imper. quo & Gregorius.*]

P. Equidem noui: est enim amicus meus peruetus, & thesaurus familiarissimus. H. Habes igitur, regina, ad id quod quæsiuisti responsum ex tempore. Rem exoptabilem ille in vitam reduxit, meque tanquam è sepulchro aliquo taciturnitatis recuperauit; & vt Alcestin aliquam viribus alicuius Herculis malorum depulsoris resuscitauit. Adoptauit autem me excelso animo; splendida veste operuit: & monili decorauit aureo: & hunc crobylum, siue plexum capillorum in vertice, cicada ex auro insidente, diuinus hic vir exornauit, & qua vides ratione illustrauit; stabilemque mihi sedem beneuolè proposuit; & libertatem omni periculo vacantem concessit. P. Miror Antistitis ingẽtem animum, quo tam altè in recte factis ascẽdit, & in summo fastigio diuinæ scientiæ sese collocauit: & vsq; ad apicem virtutum progressus est: omnesq; sub sole prærogatiuas consectatur. Cui vita est, omnimodis optimæ, & cultissimæ artes. Nec enim vel terrenum ornatum inornatum manere vult. Ita fruar meis amatoribus. Quæ corpus nõ habet, in terris philosophatur, & com-

ζωμα-

ζωματωθεῖσα, μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπ& ἀναστρέφεται. I. κάλλιστά γε βασίλεια τῶν ἐγκωμίων τὸν στέφανον ἔπλεξας. ἀλλ' εἰ σοι δοκεῖ, ὑπὸ ταυτὶ τὴν πλάτανον καθίσωμεν μικρὸν. ἀμφιλαφὴς γὰρ ὁ πλάτανος· τό τε ἄγνυσθαι τὸ ὕψ&, καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον. Φ. ποίαν δὴ; ἆ, ὦ παῖ, καὶ βαλβίδα τινὰ τῆς διηγήσεως τοῖς φιλακροάμασιν ὥσπερ ἐντίθη ποιοῦμεν. ἐγὼ δέ σοι ὑπισχνοῦμαι τὸν νοῦν, οἷός Ἰθακήσιος, μὴ διαφύσαντα ἆτα· καὶ σπειραίων ἀφηγημάτων ἀκούσομαι. I. τοιγαροῦν πειράσομαι, βασίλεια, τὴν τε τῆς ἱστορίας λύραν πιάζομαι. ἔστω δέ μοι πλῆκτρον αὐτὴ μουσικώτατον, ὠκεανὸς γὰρ ἐπιστήμης ἔφυς, καὶ λόγων ἅλς. ἐν σοί τε πᾶσα χάρις. ἅτε νῆσος, τὴν πέριπόντος ἀπείρατος ἐστέφανωται.

mentatio corporata cum hominibus vt homo versatur. H. Pulcherrimè tu encomiorum coronam contexuisti. Sed, si placet, ad platanum istam paulùm consideamus: est enim excelsa, & ad locum opacandum patulis diffusa ramis bellissimè. P. I præigitur, filia, & proœmium ceu carceres quosdam narrationi ad audiendum iucundæ prætexe. Ego tibi animum adhibebo: non (velut Ithacensis Vlysses) obturatis auribus, Sirenicasq; narrationes auscultabo. H. Obtemperabo, regina, historięq; lyram pulsabo. Esto tu mihi plectrum maximè musicum: es enim scientiæ, & eloquentiæ Oceanus. In te omnis gratia, qua *ἅτε νῆσ& τὴν πέρι πόντ& ἀπείρατ& ἐστέφανωται, velut in insula, quam immensus, (vt est apud poëtam) pontus circumdat.*

PROOEMIVM EIVSDEM,

De excellentia, & vtilitate historiæ.

Δεῖ μὴ μόνον τοῖς ἐκ φύσεως ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ οἰκείοις εὑρήμασι κατακοσμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἔνεστι γὰρ λόγ& αὐτῷ χρῆμά τι θεῖον καὶ ἀξιάγαστον. τοῦτ& γὰρ θεὸν αἰδεῖσθαι, καὶ σέβειν μεμάθηκε, καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἐνοπτρίζεσθαι φύσεως, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαπλάσεως τὴν σύνταξιν οὐκ ἦ-

NON ex bonis tantummodo natura insitis, verùm etiam ex inuentis ab se, excogitatisque rebus cohonestari, & exornari hominem cõsentaneum est. Possidet namq; rationem, diuinum quiddã & admirabile, cuius beneficio Deum venerari, ei vota & preces adhibere, cõditionem suam perinde vt in speculo intueri, quemadmodumq; fictus atque

γνόησε. τιγάρτοι λόγῳ καὶ σοὶ ἐ-
αυτοῦ συνοδίοισιν ἄνθρωποι, καὶ
ἐκ τῆς ἔξω σοιοπῆς ἐσ' αὐτὸν τὸν
νᾶν εἰσκυκλήσαντες, ὅτε σοὶ τῆς
ζῴων αὐτῶν δημιουργίας ἀνελίτ-
τουσιν ὄργια. πολλὰ μὲν ἔν ἔτ' ἀ-
γαθὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται, &
σωτέρμων ἐστὶ τῆς φύσεως ἄρις'·
ἃ γὰρ ἐκείνη διέλειπε, λόγ' ἐπε-
λεσιέργησε βέλτιστε. ἃ μὲν εἰς θέαν
ἐγκαλλωπίσας, ἃ δ' ἐς χεῦσιν ἠδύ-
νας. ἔνια σοὸς ἁφὴν πνόας ἢ
μαλακίσας, ἄλλα σοὸς ἀκοὴν μι-
σεργήσας, τῇ τῆς ἀπηχήσεως ἴυγγι,
καταθελγῶν τὴν ψυχὴν, καὶ σοὸς
τὰ ἀκούσματα μεθελκόμενος. ἢ ἐχὶ
καὶ τεχνῶν ἔτ' σοφιστὴς πιθανώ-
τατ'; ἐξ ἐρίου μὲν ἐυήτριον ἐσερ-
γάσας χιτώνιον, ἐκ δὲ ξύλων γεωρ-
γοῖς μὲν πικτυπόμεν' ἐχέτλιον,
πλωτῆρσί τε κώπιον, τῷτε σφαιρώ-
τῃ σέλτιον, καὶ γέρρον κινδύνων πο-
λεμικῶν ἀμυντήρια. ἀξιολογώτατόν τε πάντων, τὸ τῆς ἰσορίας δίδυ-
μον πολυπειρώτατον, ἀκοῇ μὲν ἥδυσμα,
τῇ δὲ ψυχῇ παιδευτήριον. ἐδὲν γὰρ
τῆς φιλοπαθέσι ψυχαῖς ἔνεσιν ἰ-
σορίας ἐπαγωγότερον. ἱκανὸν δὲ τῷ
πικμηριῶσιν ὀμηρικῆς τι δέλτα
δήγμα, ὅτι τὸν ἀλκινόε & βασι-
λέως αὐλὸν ὁ & λαέρτα πῆς ἐναγ-
χ' ἐκ & θαλατίης κλύδων' ἐπὶ τὸν ἤπειρον ἐκ βραθεὶς, ἐξενίζε-
το, καὶ σολλὴ ἀμφὶ τὸν ὀδυσέα φι-

coagmẽtatus fuerit, probè didicit. Proinde ratione & intelligẽtia in ſemet conuerſi mortales, & ab exteriorum circumſpectu in ipſam mẽtem, ceu gyro quodam delati, fabricationis ſuę myſteriũ euoluunt. Hæc igitur, ratio, inquam, multa nobis ornamenta comparauit, naturæ ipſius operũ ac laborum ſocia, & adiutrix præclariſsima. Etenim quę illa intermittit, & in quibus deficit, hæc quam rectiſsimè perficit, & abſoluit: alia quidem ad aſpectum venuſta reddẽs: alia ad guſtatum condiens: quædam ad tactum ſolidans, aut emolliens: nonnulla ad auditionem muſicis numeris diſtinguens, ſonorumque illecebris pectora demulcens, & ad commodandas aures alliciens. Quid? an non hæc artium quoq; vulgarium, & in medio poſitarũ repertrix eſt ꝓbatiſsima? E lana nimirum elegantem cõtexit tunicam: è ligno agricolæ ſtiuam, nautæ remum, militi peltam, & ſcutum fabrefacit. Veruntamen nihil præſtabilius ex omnibus, quam multifariam hiſtoriarum cognitionem inſtruit, quæ & auribus oblectamentum, & animis quædam diſcendi officina eſt: quãdo non aliud quidquã mentibus cognoſcendi amore flagrãtibus æquè blanditur: id quod narratio quædam Homerici poëmatis ad fidem faciendam ſatis appoſitè cuipiam probauerit. In regiam Alcinoi regis Vlyſſes paulò antè vaſtis fluctibus in littus proiectus, hoſpitio ſuſcipitur, mirificaque

λοφροσύνη τε ἐκεχύτο. τοῦχαρον γὰρ ἰδὼ γυμνῷ, καὶ πεπυχομένῳ τὸ σῶμα συμφορᾷ ναυαγίας ἐσθῆτα λαμπρὰν ἐμπορπήσασθαι. ἐπὶ τῶ δ' αὖπω καὶ κοινὸν τῆς βασιλέως τραπέζης ἀξίωμα. καὶ ἐν τῷ ἐπήλυδι παρείχετο καὶ γλώττης ἐλευθερία, καὶ διηγημάτων ἐνθέσεως ἄδεια. τοὺς δὲ Φαίακας ἔτω τὰ τῆς ἱστορίας ἐνήφρανεν, ὡς χαίρειν εἰπόντας τῷ πάτῳ, θεάτρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμπόσιον, καὶ θαυμαστὰν τὰ ὦτα, καὶ κεχηνέναι θεσμένους τὸν ἄνδρα, ἢ τῷ μηκέτι μηδαμῶς τῆς διηγήσεως ἀποκναίεσθαι. καί τι τὰ πολλὰ τῶν ἀφηγημάτων κατηφεῖς εἶχε τὰς ὄψεις, μεγίστων γὰρ κυδοιμῶν ἐμπειρία περιέρρει τὴν σωτηρίαν. λίχνον γὰρ ἀκοὴ, καὶ ἀκόρεστον, ἐστομένη λόγον παράδοξον. ἔνθεν ἄρα καὶ τοῦ ποιητὰς δὴ παιδείας πρώτους ἐνδοκιμήσαντας ἐστι θεάσασθαι. παραλαβόντες γὰρ ἔτι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς φιλοίστορας, καὶ πρὸς μάθησιν ὀργώσας ἀεὶ, καὶ ξένων διψώσας διηγημάτων, τεχνεργοῦσιν αὐτῆς μυθολόγημα, καὶ περιβάλλουσι φράσιν τῷ πλάσματι. ῥυθμῷ δὲ τὸ ψεῦδος, εἰμμίζουσι, καὶ μέτροις οἷα κεροῖς θελκτηρίοις ἵσι τὸ πρᾶτόμα καλλωπίζουσι. καὶ τοσοῦτον ἔχει ἡ ψυχαγωγία τὴν δύναμιν, ὡς καὶ θεολόγων εἶναι νομίζεσθαι. καὶ παρ' ἐκείνοις ποιητὰν τοῦ θεὸς,

que comitate, & beneuolentia tractatur. Illico enim nudũ eius corpus, & ex naufragio ſale tabẽtes artus veſte ſplendida cooperiuntur; regia menſe dignatur: & libertas loquendi, quæque vellet cõmemorandi poteſtas homini ignoto, ac peregrino cõceditur. Phæacas porrò tanta iucunditate ipſa caſuum expoſitio perfundit, ſic eos detinet, vt poculorũ immemores, cõuiuium in theatrũ mutauiſſe videantur, aureſq; arrigant, & ab ore viri illius contemplabundi pendeant; nec ex narratione, tametſi longa, tædiũ vllum ſentiant; quãquam triſtia multa referat, periculorumque grauiſsimorum, quæ ſubierit, cõmemoratione cœtum illum conuiuantium velut inundet. Aures namq;, cum ſermone quopiam de rebus nouis, & admirandis, tanquã epulis accipiuntur, liguritorem imitantes, auidę inſatiabileſq; reperiuntur. Quã ob cauſam etiã poëtas eruditione principes celebre ad poſteros nomen conſecutos videre licet. Qui hominum ingeniis, ſciendi cupidis, & ad diſcendum mirè ſemper inclinãtibus, nouarumq; narrationum ſitientibus ſe ſe accommodãtes, artificio quodam fabulas ipſis, ſeu figmenta procudunt, quæ ſcita & ornata elocutione conueſtiunt, numeros quaſi quędam pigmenta, & fucum illinũt, & portenta ſua carminibus, vt ceſtis ſeu cingulis quibuſdam ad delectationem appoſitis decenter circumdant. Tantumq; voluptas ea valuit,

καὶ τῆς ἐκείνων γλώττης παραγυμνῶν τοῖς ἀνθρώποις τὰ οἰκεῖα, καὶ εἴ τί ποτε τῷ σφῶν αὐτῶν βίῳ συνέτυχεν ἀνδραγάθημα, ἢ δυσύχημα. ἅπαν ἐρήσεταί τις κοινῇ ἁπάντων ἀνθρώπων τὴν ἱστορίαν διδάσκαλον, εἰσηγεμένην, οἷς τε ἐγχειρητέον, καὶ ἃ παροπτέον, ὡς μὴ σωφρονίσωσι. ἐμφρονεστάτους τε οὐ ῥᾳδίως δι' ἐκείνης ἔστιν ἰδεῖν. ἅπτειν γὰρ δυνάμεις ὑπίσχηται, ὅπως τε λόχοις συμφράξεσθαι δεῖ τὸν πολέμιον, καὶ τοῖς μὲν τῶν ἄλλων συμφορᾶς ποθενδεστέρας σφᾶς αὐτὰς ἀπεργάζεσθαι, τοῖς δὲ ἀσφαλεῖσιν ἑτέροις ἐκείνας ἐφύβρισαι. τοῖς δ' αὖ πάλιν εὐπραγίας, εὐδαιμονεστέρας ἀπέδειξε, μικρᾶς ἀφορμαῖς μεγάλας ἀρετῶν κορυφὰς ἐπαυξήσαι. καὶ τῷ μὲν πρεσβύτῃ χειραγωγὸς τίς ἐστι καὶ βακτηρία· τῷ δὲ νέῳ παιδαγωγὸς κάλλιστος καὶ σωφρονιστήριος, τῇ πολυπειρίᾳ πολιὸν πώπως γὲν νεώτερον, καὶ ποθοφαίνεσθαι δὲ χρόνῳ τὰ καθ' ὁλίγον μαθήματα. ποῖς μὲν ὑπόδειγμα μέγιστον καὶ τὸς, εἰκῇ μεῖζον ἢ καθ' ἐμὲ τὸ ἐγχείρημα, διὰ τὸ τῆς λέξεως ἀγλυνές, τέ τε νοημάτων τὸ ἀδρανέστερον, τῆς τε ξὺν λόγῳ σωφήκης τὸ ἀκαλλὲς, τό τε τῆς οἰκονομίας ἀτεχνόστατον. εἰδέπω εὐχαρίστως τῶν σκεπτησομένων φανείη, τύχῃ γὲ νῦν ποθοπλέοντω. μὴ γὰρ ὑπισήμη τὸ αἴλιον. valuit, vt etiam Theologi haberentur, & dij immortales ad eos ventitare, eorumque linguis domestica sua, & siquid aliquando faustum, infaustumue sibi contigisset, hominibus pãdere crederẽtur. Quod cũ ita sit, historiam cõmunem generis humani magistram atq; doctricem iure dixerim, præeuntem nobis, ac præmonstrantem quæ capessere, & quæ vt inania, nihilq; profutura aspernari debeamus: à qua condocefactos duces militares, prudentissimos euasisse in confesso est. Nouit enim ordines disponere, & qua via hostem callidè circumuenias. Iisdem per euenta aliena procurationem, & cautionem maiorem inserit, perq; aliorum frustrationes, & offensiones tutiore itinere illos ducit. Similiter secundis aliorum successibus beatiores efficit, dum eos occasionibus non magnis ad magnarum virtutũ fastigia prouehit. Ac senibus quidem manuductrix, & baculus, adolescentibus pædagoga, & institutrix optima ac sapiẽtissima est, peritia multa quandam iis canitiem conciliãs; & quæ procedens tempus paulatim eos doceret, ea ipsa docendo anteuertẽs. Cui ego quoq; studium, & operã meam dicabo, quãquã maius onus capessere me intelligo, quàm istis humeris sustinere possim: quandoquidem nulla mihi suppeditat verborum dignitas, nulla sentẽtiarum grauitas, nec orationem bellè ac festiuè contexere scio, & eius œconomiæ, artificiq; sum rudissimus. Quod si quid eorum, quæ referemus, cũ lepore, & venustate expositũ videbitur, id à fortuna quadam, non à scientia mea profectum existimetur.

HISTO-

HISTORIAE MAVRICIANÆ

LIBER PRIMVS.

PHOTII CONSTANTINOPOLITANI IN EVNDEM LIBRVM

SYNOPSIS, SIVE SVMMA.

Ex eiusdem Bibliotheca.

AB imperio Mauricij orditur historicus, & vsq; ad promulgationem Phocæ successoris eius narrationem pertexit. Percenset primo libro, quo pacto Mauricius à Tiberio renuntiatus sit Imperator, Ioanne id temporis Ecclesiam Constantinopolitanam administrante: quæq; eundem inauguraturus admonuerit, interprete adhibito Ioanne Quæstore, quem vt cum ad Mauricium, tum ad populum coram præsentem nomine suo verba faceret, ipsemet delegerat. Quomodo eidem Mauricio filiam suam desponderit, ac postera luce è custodia corporis euolarit. Quale visum ante mortem ei oblatum, istanc vocem dederit, HAEC TIBI, TIBERI, ΤΡΙΣΑΓΙΟΝ *(ter sanctum numen)* DICIT, TYRANNICA IMPIETATIS TEMPORA TE IMPERANTE NON VENIENT. *Erant hæc nimirum alicuius tragœdiæ, calamitatisúe prænuntia; nempe tyrannidis, quam sceleratus, & cruentus ille Phocas arripuit. Præterea quemadmodum cum Abaris, qui non ita pridē Sirmium ditioni suæ subdiderant, Mauricius fœdus composuerit, pactus, in annos singulos iisdem octoginta millia in veste & argento à mercatoribus soluturum. Verùm pensio ista ne ad biennium quidem*

cupiditati & auaritiæ barbarorum satis fuit: siquidem Chaganus eorum Princeps, vti vicena millia adiicerentur postulauit. Eo postulato reiecto, fœdus infirmatur. Singidon, Augusta, Viminacium vrbes subiguntur: Anchialo oppugnatio admouetur; Elpidius, & Comentiolus ad Chaganum legati, indignè accipiuntur; quòd hic videlicet hominem liberius compellauerat. Anno ab hoc altero Elpidius iteratò ad Chaganum super vicenis aureorum millibus addendis mittitur, & cum Targitio quodam ex Abaris Byzantium redit. Comentiolus contra Sclauinos siue Sclauos dux creatus, rem cum virtute gerit. Chaganus propter Barcolabram magum fœdera denuo confundit. Cumq; Abares complura Romanorum oppida depopularentur, multisq; locis vastitatem inferrent, Targitius in insulam Chalcitidem ad senos menses relegatur. Romanorum, Persarumq; ad Nymphium flumen conflictus. Mauricium inter & Constantinam Tiberij filiam nuptiarum sacra obeuntur. In ipso primordio imperij Mauricij exortum in foro incendium. Miraculum conchæ, seu peluis Glyceriæ martyris. Paulinus præstigiator deprehenditur. Imperatore ad clemẽtiam propendente, vt apparet, Ioannes Patriarcha veneficum rogo cremandum instat, dictaq; verbis Apostolicis confirmat. Paulinus in crucem tollitur; eius filio impietatis consorti caput à ceruicibus abscinditur. De Aphumis, & Acbas castellis. Persarum & Romanorum certamen. Ioannes dux æstu militari victus. Mauricio imperium occipiente, horribilis terræmotus. Eiusdem consulatus. Philippico Imperatoris sororio (Gordiam quippe illius germanam habebat in coniugio) orientalium copiarum præfectura mandatur. Eius egregia facinora. Romanorum è Perside abitio. Sitis immensitate propemodum extinguũtur. Captiuos trucidant. Arzanenam regionem militi deprædandam dux Romanus permittit. A bellandi peritia commendatur. Scipio Africanus maior laudibus effertur. Persæ haud procul Martyropoli grassantur. Eorum ad Romanos legatio.

Hactenus liber primus.

CAPVT

CAPVT I.

Tiberij Augusti sub excessum præclara oratio. Mauricius successor palam declaratur.

Ὅτε τὸν αὐτοκράτορα Τιβέριον τῆς ἐντεῦθεν ἔδει λοιπὸν μεταβήσεσθαι λήξεως, καὶ τῷ κοινῷ ἐπεικεῖναι νόμῳ τῆς φύσεως, ἀπηγμένης τῇ νόσῳ μελαίνης χολῆς, ὡς σύνηθες πασίν ἀποκαλεῖν ἰατρῶν, ἀνερρήθη μαυρίκιος, καὶ βασιλέως ἀξίᾳ μεγαλαυχεῖται, καὶ νεάζων τῇ ἀλκυρίδι, τῆς μεγάλης τῶν αὐτοκρατόρων δυνάμεως μετελάγχανε. Φορᾶδλιω γὰρ ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὸν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλιὼ, ἢ ἵς παρεώρατο τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, προαυλίῳ τε φανεῖ καὶ τρισλόξῳ τῷ προσκυνίῳ, τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεδρεῖας καθέδρας συγκαλεσάμενος (ἰωάννης δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τοῦ τῆς ἐκκλησίας διῴκουν οἴακας) τόν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συναθροισάμενος ξύλλογον, τοῦ τε δορυφόρους, καὶ φύλακας, καὶ πάντας τοῦ ἐς βασιλέως αὐλιὼ συντεταγμένους, ναὶ μιὼ καὶ τοῦ ἐπισημοτέρους δήμου, αὐτὸς μὲν ἀφλέπω τοῖς ἐντυχοῦσι διείλεκται. βασιλέως δὲ γλῶτταν τὸν Ἰωάννιον ἐφλείκνυεν, ἄνδρα, ῥήτορά τε δεινὸν, καὶ νόμων ῥωμαϊκῶν ἐπιστήμονα.

CVM iam Tiberio Augusto, atra bile, quam medici vocare consueuerunt, morbum aggrauãte, ex huius vitæ diuersorio demigrãdum esset, & dies commune illud naturæ debitum persoluẽdi adesset, Mauricius successor ante nominatus, ad imperatorios honores magnificè extollitur, purpuraque insignis, supremam Augustorum potestatem sortitur. Tiberius namque in atrium palatij, iuxta domum, in qua multi ex herbis, seu frondibus ad cœnandum, dormiendumue tori, siue lectisternia, vestibulum illustre, visendũque prosceniũ, huc, inquã, gestatus, accersito Ioanne, qui ea tempestate cathedram hierarchicam obtinens, Ecclesiæ gubernacula moderabatur, virorum præterea ecclesiasticas dignitates gerentium coacto collegio, præsentibus item prætorianis militibus, & custodibus corporis, & aulicis demum vniuersis, nec non ciuibus primariis, ipse quidem per se ad conuentum non dixit; verùm eas partes Ioanni Quæstori (vt latina lingua appellatur) mandauit; homini eloquẽti, Romanarum-

ὃς τὰ βασιλέως προσήγματα τῷ Μαυρίκιῳ τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαλη-
γόρει βασιλικῆς μεγαλοφροσύ-
νης ἐπάξια. τὸν ὄπιχωρίῳ ῥω-
μαίοις φωνῇ ἀποκαλοῦσι κεκαίσαρα.
παρῆν γὰρ ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ
χειροτονίᾳ τοῦ βασιλέως, ἅμα τῇ
παιδὶ κωνσταντίνῃ. ᾧ τῷ μαυρι-
κίῳ τύχης ἅμα καὶ βίου κοινωνὸν ἐποιή-
σατο. καὶ πρό γε τῆς ἀναῤῥήσεως τῷ
ξυλλόγῳ τάδε παρέθετο.

que legum, & consuetudinum haud ignaro; qui decreta & sancita ab Imperatore, potenti facundia sua honorificè, & vt imperiali altitudine animi dignum erat, pro concione promulgare, atq; exponere consueuerat. Ad Imperatorem igitur nouum sibi surrogandum præsens Augustus, vnà cum filia Constantina, quam Mauricio vitę, fortunarumq; comitem, ac sociam indiuiduã tradiderat, ante publicam renuntiationem ad astãtium multitudinem hunc in modum disseruit.

" Τὸ πολυθρύλλητον τοῖς ἔθνεσιν
" ὄνομα καὶ ἐπίτιμον, τὸ ἐπὶ σεμνοῖς
" τῶν πολλῶν ἐπ' εὐφημίᾳ δι' ἔυκλει-
" αν προκείμενον, μεγάλαι καὶ πλευ-
" ραὶ νῦν αἱ τῶν φροντίδων ὠδῖ-
" νες ἡμῖν προείρηνται· αἱ μὲν, τὰ τῇ δε
" δομαθίᾳ καλῶς ἀναγκάζουσι· αἱ
" δὲ τῇ δομαζόξει τῆς μεταστάσεως ἐκ-
" ταράττουσι. καὶ τὰ ἐνθένδε τοῖς λόγοις τῆ
" βιοτῆς παραθέσθαι τῷ δημιουργῷ κα-
" τεπείγουσι. καὶ περιδεής μοι ἡμέρων ἡ
" πάλαι παῤῥησία καὶ ἄδεια. οἷς γὰρ
" ἀφθονία τῆς ἐξουσίας, τούτοις εἰκὸς καὶ
" τὰ ζοφάλματα παρέπεσθαι πλείονα.
" ἀλλ' ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ὑ-
" μῖν ὀξύπραι καὶ προκύπτουσαι, οὐκ
" ὄτῳ πώτλῳ ἔτω ταχὺ καταπίθε-
" σθαι, ἀλλ' ὄτῳ πώτλῳ ἔνεστι καλῶς
" δομαπίθεσθαι. ἐπεὶ μηδὲ καπνεγγυώ-
" μην πώτλῳ ἐγὼ ἐπί τι τρυφῇ τῆς

Viri Romani, nomen per omnes gentes vulgatissimum honoratissimumq;, & propter claritudinem atq; gloriam plurimorum linguis decantatum, scitote me nunc magnis, & postremis sollicitudinibus cruciari: quarũ aliæ me stimulant, vt à quibus discedendum est, ea rectè atque ordine constituta relinquam: aliæ ipso transitu ex hac luce quo à vobis diuellar, animum percellunt; quandoquidem quæ omnium annorum meorum decursu à me patrata sunt, eorum ratio vniuersorum effectori omnino mihi reddenda erit. Et illa quondam libertas, ac securitas mea in pauorem non mediocrẽ vertit. Qui enim amplioribus sunt potestatibus præditi, eos plura etiam vitia, & peccata plerumque comitantur. Cæterùm curæ super imperio præponderant, vrgentq́ue vehementius; non in cuius ceruices illud reclinare festinem;

ἐξουσίας, καὶ κολακείᾳ τὸ σῶμα τοῦτο. ὁρῶ δὲ καὶ τὴν φύσιν μετὰ τῆς τύχης ἡμᾶς καταζεύξασαν. βασιλεία γὰρ, καὶ παῖδες, καὶ γυναικὸν καὶ τὰ τούτων ἐπιτήδεντα· ἡ μὲν, ἡγεμόνα ζητοῦσα σοφὸν· ἡ δὲ κηδεμόνα χρείας ἐπιεικέσθαι τε, καὶ εὐσεβέσθαι τον· αἱ δὲ ἔτι χειραγωγοῦσι, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον, τότε τῆς ἡλικίας φύσεως ἀσθενέστερον. σωφρονῶ δὲ πολλάκις ὑπὸ τῆς νόσου τὴν φύσιν, καὶ τὸν ἐκείνης δραπετεύω δεσμὸν, καὶ παίδων ὑπερορῶ, καὶ σωφρονιεῖ μοι γύναιον, ἤδη τεθνᾶναι δοκῶν, καὶ τῆς σωφροσύνης ἐλευθερίαν λαχεῖν. ἀλλ' εὐθὺς ἡ σὺν τῶν σκήπτρων ἀπαραίτητος φροντὶς ἐπεπήδησεν· ἃ τὸ μόνον γὰρ ἀπατῆσαι κρατοῦσι ἐμπιστευθέν ἐστιν ἀγών, ἀλλὰ καὶ τὸ δεόντως ἑτέροις παραπέμψαι τὸν κλῆρον. δεῖ γὰρ τῶν σωτέρων ἡγεμόνων εἶναι σοῦ δευτέρους ἀμείνους, ἵνα τοῖς σωσφαλοῦσιν ἑαυτοὺς τὴν παρ' αὐτῶν διόρθωσιν εἰσαγάγωσιν, ἢ διολισθάνειν ἅπαν, ζυλλήβδην εἰπεῖν, τὸ ὑπήκοον, ἀδρανεστέρᾳ κρηπίδι τὴν βασιλείαν ἐγείξαντι. τούτων καταθιόντων τῶν λογισμῶν τὴν διάνοιαν, ἡ τεχνῆτις ἡμῖν σωτόνοια ζυλλαμβάνει τῶν πόνων, καὶ μίαν μεθ' ἡμῶν βάλλει σωτηρίαν, καὶ δείκνυσι τὸν βασιλεύσιν ἐγκατο, καὶ δείκνυσι τὸν βασιλεύ-

stinem; sed cuinam id bene fœliciterque committam. Quoniam nec mihi idcirco desponsum ac traditum fuit, vt in eo deliciis vacarem, & blandimenta corporis consectarer. Neq; verò quorum fortuna dominatur, ea tantùm, sed natura quoq; perquam sollicitũ me habet. Simul imperium, liberi, vxor premunt. Res Romana rectorem sapientia valentem: coniux curatorem viduitatis suæ æquissimum iuxta ac religiosissimum: filiæ, qui eas ob immaturã ætatem, & muliebris animi imbecillitatem quasi manuducat & regat, desiderant. Quanquã ego naturæ faces morbo acrius sæuiente sæpenumero despicio, illiusque vincula abrumpo, & simul liberos posthabeo, simul vxorem negligo, dũ me iam hinc excedere, & ab huiuscemodi procuratione liberari puto. At enim mox sceptri sollicitudo inexorabilis in me insilit: quando non solum creditum sibi imperium tueri atque conseruare, verùm id ipsum nihilominus, vt hæreditatẽ quandam, & ita vt honestũ est, ad alios transmittere difficultatem habet maximam, cum Principes successores præstare decessoribus suis oporteat: quò illorum virtute, sapientiaq; horum lapsus, & delicta corrigantur: alioqui, vt summatim dicam, vniuersa imperij moles, tanquam infirmo nitens fundamento, labatur & corruat necesse est. Dum hisce curis exederemur, inspectrix omnium rerum prouidentia molestiam nostram alleuauit, consiliumq; nobiscum quoddam reperit, & qui secundùm nos

„ ουτα, ἐπιβάτιον τῆς ἐξουσίας ἐσο-
„ μενον, μαυρίκιον τουτονὶ, ἄνδρα λυσι-
„ τελέστατον τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ, πολλοὺς
„ καὶ μεγάλους πόνους ἐγκαταθέμενον,
„ ὥσπερ ἀρραβῶνάς τινας προκατα-
„ βαλλόμενον τῆς ἐσομένης ἀμφὶ τὸ ὑ-
„ πήκοον προνοίας αὐτῷ. τοῦτον αὐτο-
„ κράτορα τήμερον ὄψεσθε. ἔτω δὲ πέ-
„ποιθα ἐπὶ τῷδε τῷ μεγίστῳ ἐγ-
„ χείρησιν, καὶ τὰ τῆς διανοίας ὑ σκά-
„ ζει κινήματα, ὡς καὶ τὸ θυγάτριον ἅ-
„ μα τῇ βασιλείᾳ τοῦτῳ πεπίστευκα,
„ τηλικούτῳ φύσεως ἐνεχύρῳ θαῤῥύ-
„ νων ὑμᾶς. τοιοῦτον ἐφόδιον τῷ ψυ-
„ χαγωγίαν ἐπὶ τὸν μακρὰν ἐκείνην
„ ἐκδημίαν ἐποισόμην. καὶ ὑμεῖς δέμοι
„ μάρτυρες τῆσδε τῆς καλλίστης ζωγρά-
„ ξεως ἀξιόχρεῳ, ἐξ ὧν ἐπιφάνητε ἡ-
„ μῶν τε ἡνιοχέντων τῷ ἡγεμονίαν, καὶ
„ τῆδε παρεπωδόντων λίαν ἡμῖν ἐμ-
„ φρονέστατα. σὺ δέ μοι, μαυρίκιε, κάλ-
„ λιστον ἡμῖν ἐπιτάφιον τῷ σὴν βασι-
„ λείαν πεποίηται. κόσμει τὸν ἐμὸν τά-
„ φον, ταῖς σαῖς ἀρεταῖς, μήτε ταῖς τῶν
„ πεπιστευκότων καταχθονίων ἐλπί-
„ σιν, μήτε ταῖς σοὶ ἀγνωμονοῦσι δρε-
„ ταῖς, τῷ τε τῆς ψυχῆς δραπετεύων
„ εὐηθείαν. χαλίνῳ λόγῳ τῷ ἐξουσί-
„ ᾳ· φιλοσοφίᾳ τε κράτιστον οἰάκιζε·
„ βασιλεία γὰρ ὑψηλόν τι χρῆμα καὶ
„ μετέωρον, ἐς μέγα τὸν ἐπιβάτην ἀ-
„ ναγωγοῦσι, τοῖς τε λογισμοῖς ἐκφυ-
„ σᾶσι. δοκεῖ μὴ πάντων ὑπερέχειν

imperij fastigium conscensurus esset ostendit; Mauricium hunc scilicet, quem coram videtis, hominem rei Romanæ opportunissimum; cuius causſa nec paucos, & prædicandos labores exhausit, futuræque erga ciues sollicitudinis, ac pruisionis suæ quasi quoddam pignus iam deposuit. Hunc hodierno die Imperatorem aspicietis. Tanta porrò cum spe, & fiducia hanc prouinciam omnium grauissimã illi committo ac trado, idq; bona cum animi valetudine, vt eidẽ vnà cum principatu filiam quoq; meam vxorẽ committam: hoc tam eximio, naturaliq́ue pignore meo ad bene de ipso, & repub. sperandum velut quoddam signum sustollens. Solatium istuc pro viatico mecum auferens, longam illam peregrinationem inibo. Cæterùm huius negotij pulcherrimè constituti vos nobis testes eritis idonei ac fide digni: quãdo quidem & nos, qui imperium gubernauimus, & hunc, qui se nobis adiutorẽ prudẽtissimum semper præbuit, experiundo cognouistis. Tu verò, mi Maurici, imperium tuum mihi epitaphium longè elegantissimũ fac efficias: sepulchrũ meum virtutibus tuis cõdecora; nec eorum spes, quise totos fidei, auctoritatiq́; tuæ permiserunt, pudefaciens; nec temetipsum ignorans, & à præstãtia, ac nobilitate animi tui degenerans. Rationis fræno in potestatis magnitudine superbiam cohibe, & ex philosophiæ præceptionibus principatus tui nauim dirige. Sublime nimirũ, & excelsum

τῷ φρονιμώτατ@ εἶναι, εἰ καὶ τὰ τῆς τύχης ὑψηλά σοι παρὰ πάντας θήρα παρὰ τῶν ὑπηκόων, ἀντὶ μὲν φόβου τιμὴ ἔυνοιαν, ἀντὶ δὲ κολακείας τίμα τὸν ἔλεγχον, οἷα διδάσκαλον ἄριστον· ἀνεθέτην γὰρ ἐξουσία, καὶ παιδείας ἀνεχόμενον. ἔστω σοὶ τῶν ὀφθαλμῶν σύνεδρ@ ἡ δίκη, πτυζανδίσσουσι τῶν βεβιωμένων ἀνίδοσιν. νόμιζε τιμὴ πρφύραν, τῷ φιλόσοφ@ εἶναι, εὐπλές τι ῥάκ@ ἀμπέχεσθαι· τὸν ἢ σέ; φανον μηδέν τι διοίσειν, τ ὅπη τοῖς αἰγιαλοῖς τῆς θαλάττης ψηφίδων, συγγὸν τὸ τῆς ἀλφιγίδ@ αὖθος, καί μοι δοκεῖ τοῖς βασιλεῦσι παρεγγυᾶν μετριοπαθεῖν ὅπη τοῖς εὐπραγίαις, καὶ μὴ ἐπιχαίνεσθαι, καὶ φρυάττεσθαι τῇ πενθίμῳ ταύτῃ τῆς μοναρχίας στολῇ· ἐ γὰρ ἐξουσίαν ἀκολασίας, ἀλλὰ δουλείαν ἔνδοξον τὸ σκῆπτρον τῆς βασιλείας φιλοσοφεῖν ἐπαγγέλλεται. ἡγείσθω τῆς ὀργῆς τὸ φιλάνθρωπον, τῆς δὲ ζωφροσύνης, ὁ φόβ@. ἐξέζεσε γὰρ καὶ τοὺς μελίττους ἡμέρους ἡ φύσις· ὠχύρωσε δὲ καὶ κέντρον τὸν βασιλέα τ μέλιτταν, ὥσπερ τι κράτ@ αὐτόματον ἐγκεντρίζεσθαί τῳ ὡς αὐτῷ, ἵνα καὶ τολμήτειαν ἔχῃ τὸν μὴ δικαίως πάθόμενον. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐκεῖνο τὸ κέντρον τυραννικὸν, δημοφελὲς δὲ μᾶλλον καὶ δίκαιον. οὐκοῦν ἐκείνης ἐσόμεθα μιμηταὶ, εἰ μήγε λόγ@ δυσ-

sum quiddam est imperium, sibique insidentem altius effert, aduersus rationem ferociens, & insolescens. Caue existimes, te prudentia anteire omnibus, licet opibus vincas omnes. Conare à ciuib⁹, & subditis tuis diligi potius quam timeri, reprehensionemq;, vt magistram optimam, blanditiis, & assentationibus antepone. Potestas enim admoneri se, & cõdocefieri ægre patitur. Iustitia perpetuò ante oculos versetur, tibique assideat, quæ actionibus vitæ nostræ condignã mercedem dispensat. Quia sapientiæ studiosus es, purpura perinde ac nullius pretij panno quopiam te circumdatũ, coronamq; gemmis illuminatam nihil à calculis & lapillis, in litore marino iacẽtibus differre cogita. Flos purpuræ tristior est, mihiq; principes hortari videtur, vt rebus prospere fluẽtibus in officio sint; nec lugubri ista veste monarchatus, lętitia gestiant, & insolescant. Haud enim solutam proteruiam, sed insignẽ, splendidamq; seruitutem potius imperiale sceptrum profitetur. Iram mansuetudo, prudentiam timor regat. Nam & apibus natura regem præposuit, eumq; aculeo indito, ceu naturali quadam facultate armauit, vt malè parentes, & immorigeros emendare posit: non tamen tyrãnicum, verùm in commune vtilem, ac iustum aculeum apis gerit. Hanc saltẽ imitabimur, si melius consilium mẽs suppeditare non poterit. Ista ego ad te tanquam sator, ac parens ad filium.

„ δώηται χαρίζεσθαι καὶ τὰ μείζονα.
„ ταῦτα μὲν ὁ παρορμῶν ἐγώ. ἔξεις
„ δὲ τῆς γνώμης ὥσπερ δικαιῶ τὴν
„ ἐξουσίαν ἀσφάλισαι, ἢ τιμῶσαν
„ τὰς ἀρετὰς, ἢ τὴν κακίαν φαυλί-
„ ζουσαν.

Ὅτε τοίνυν τὰ τῆς διαλέξεως ἐπεράτου τῷ αὐτοκράτορι, πολὺν τῆς θεατῆς ὁ δάκρυον ἐπεκύμαινε· τῶν μὲν αὐτιωμένων ὅτι τῷ πάθει, παρ' οἷς καὶ τὰ τῆς εὐνοίας ἰδεῖν λιπαρώτερα· ἄλλων δὲ καταπηλουμένων ὅτι τῷ οἴκτῳ διὰ τῆς συμπαθείας. φιλεῖ γὰρ ἡ συμφορὰ καὶ τῷ θεατῇ μεταδιδόναι τὰ πάθη. τὸν στέφανον δὲ ὁ βασιλεὺς ἁράμενος, τὴν τε πορφυρᾶν διπλοΐδα, ἀμπέσχε τὸν καίσαρα. διεχεῖτο δὲ πολλὴ τῆς εὐφημίας παρὰ τῶν ὑπηκόων βοή· ἔνιοι γὰρ τὸν προησόμενον ἀπεθαύμαζον, ἀγάμενοι τῆς εὐσεβείας τὸν αὐτοκράτορα· ἕτεροι τὸν ἀναρρήξαντα, καὶ τὴν λικαύτης ἡγεμονίας ἑαυτὸν παραθέμενον ἄξιον· ἅπαντες δὲ τὸν αἴτιον τούτων ἁπάντων θεὸν, ἅμφω ταῦτα καλῶς συμβιβάσαντα. ἐπεὶ δὲ ὁμόγνως ἔτους καὶ ὕστους τὰ βασιλέως σκοπὸς ἀμφιυθεὶς ἐπετέλεσε, τότε τῆς ἀναγορεύσεως ἔθη, κατὰ τοὺς βασιλικοὺς θεσμοὺς ἐπετηρήσατο, ὅτι τὸν ἑαυτοῦ κλίνην Τιβέριος ὁ αὐτοκράτωρ ἀνέζευξεν.

filium. Habebis autem huius cohortationis meæ iudicem quodammodo potestatem illam, quę muneribus minimè transuersim agitur: & aut virtuti honorem & gloriam; aut improbitati dedec°, & contemptum remetitur.

Postquam dicendi datus finis, omnes collacrymari largissimè, cum alij super morte Imperatori iam proxima dolorem caperent, (quorum videlicet in ipsum beneuolentia testatior erat) alij per sympathiã misératione colliquescerẽt. Solet enim aliena calamitas sensum sui cõmunicare cum intuentibus. Tum Imperator corona, purpureaq; chlamyde Mauricium Cęsarẽ induit; inde multa faustum acclamãtium gratulantiumq; vox secuta est. Quidam etenim renuntiantem de tam bono consilio admirari: quidam renuntiatum suspicere, qui tanto imperio parem animi virtutem attulisset: omnes autem horum auctorem Deum collaudare, qui ambo hæc adeo salutariter conciliauisset. Vbi summi momenti, vltimusq; Imperatoris scopus, & voluntas ad exitum suum perducta, consuetudoque legitima in creando Imperatore seruata est, ad lectulum suum Tiberius Augustus rediit.

CAPVT

CAPVT II.

Vox diuinitus ad Tiberium delata: eius è vita abitio: populi luctus, & lachrymæ: funus, & sepultura.

Λόγος δὲ καὶ θεία ὀμφὴ πρό τινος βραχέος τῆς νόσου καιροῦ κατηχηθῆναι τιβερίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ἔδοξε γὰρ ἐν ὕπνοις παρεστάναι αὐτῷ, πάγκαλος τὴν ἰδέαν ἀνὴρ, ἐν ᾗ τινὸς ὡραιότητος εἰκόνα φερόμενος· τῷ μὲν λόγῳ τὸ ἄῤῥητον· τῇ δὲ γραφῇ τὸ ἀμίμητον. ἐφῆς δὲ τῷ νεανίᾳ λάβρῃ, τόν τε τόπον, καὶ τὸν θεατὴν καταυγάζεσθαι τῆς μαρμαρυγῆς τῆς ἐλλάμψεως· φῆσαι δὲ πρὸς τὸν καίσαρα, ζωοδημηγοροῦσης αὐτῷ τῆς χειρὸς ἐν τῷ σχήματι. Τὰ δέδοι, Τιβέριε, τὸ τρισάγιον λέγει. οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας σοῦ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι. εἶπε τὸν βασιλέα μανήψαντα τεταράχθαι τῇ φαντασίᾳ, ὄρθριόν τε μανίσασθαι, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διηγήσεσθαι τὰ τῶν ὀνειράτων θεάματα. τῇδε ὑστεραίᾳ (πρὸς γὰρ τὸν λόγον ἐπανέρχομαι) τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ τιβέριος, εἰ καὶ βασιλεὺς ἐτύγχανεν ὤν, ἐπεδήμησεν, ἀπέστη τῶν τῇδε, καὶ οἷα σκηνὴν τῆς ψυχῆς καταλελοιπὼς τὸ ἀχθοφόρον τοῦτο χωρίον· καὶ πολὺς ἀνὰ τὸ ἄστυ ἐπεκύμαινε θρῆνος. πολλῶν γὰρ ὀφθαλμῶν ῥεῖθρον διήνοιξε, καὶ φλέ-

FErtur autem paulùm oppidò ante morbum cœleſtis quædã vox inſonuiſſe Tiberij auribus. Per quietem namq; aſtare illi viſus eſt adoleſcens aſpectu multò pulcherrim*, os humerosq; Deo ſimilis, ſupra quam dici, aut ſcribi poteſt: in veſte tam candida, vt ſplendoris ſui radiis locũ ipſum, videntemque perfunderet. Hic concionabundi inſtar protenſa manu, talibus Cæſarẽ eſt affatus. Hæc tibi ter ſanctum numen indicat, Tiberi: tempora impia, & tyrannica te Imperatore non venient. (*imperium te viuo tyranni non inuadent*) Manè ſomno experrectus Tiberius, viſoque illo perturbatus ſurgit, quæque ſibi quieſcenti mirabilia oblata ſint, præſentibus refert. Poſtero die ab inaugurato iam Mauricio (vt redeam vnde pauliſper deflexi) Tiberius quantumuis Imper. legi naturæ communi obſecutus, & hac oneroſa, terrenaq; tunicula exutus, & tanquam è tabernaculo ſuo liber egreſſus, eſſe inter homines deſinit. Eius obitu per ciuitatem ingens extitit lamentatio, atque inciſis lacrymarum venis, plurimorum ex

δας δακρύων ἀνέτεμε. καὶ μέχρι τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς αἰεφοίτα τὸ πένθος. τὸ φαιδρὸν τῆς στολῆς διερρήγνυτο, τό, τε κατηφὲς τῆς ἐσθῆτος ἀντελαμβάνετο. ἅπαντας δὴ τὸ συγγνὸν ἐκεῖνο θέατρον ξυνεκάλει τὸ ἄκουσμα. εἰσήρει τε πλήθη τῇ βασιλίδι αὐλῇ· οὐκ εἶχε τὰ περαύλια φύλακας, τοῖς πολλοῖς περιτάσμασι μόλις τοῖς ἐν ἀξίᾳ φιλοτίμους μένοις τῷ εἴσοδον. κατηφὴς ὑμνῳδία πάννυχος ἰὼ, τοῖς φωταγωγοῖς λαμπάσι ξυνθρῳπὸν ὄψιν παρέχουσα. καὶ δὴ μετὰ τὸν ὄρθρον τὰς ἀκλίνας περιβάλλοντος ἡλίου, καὶ τὸ ὑπέργειον ἀμφιέχοντος ἡμισφαίριον, ἐπεξύπεμπεν ἅπας πανηγύρτα τὸν βασιλέα, καὶ μετ' εὐφημίας εἶχεν ἐπομβρῆσαι τὸ δάκρυον, πολύς τε ἰὼ ὁ ἀπὸ σφαγῆς ἔπαγν, εἷς ἀπὸ στομάτων πολλῶν περιχεόμενος, οἷά τις ποταμὸς εἰς πολλὰς ἀρχὰς μεριζόμενος· ἢ δένδρον ὑψιπενές τε, καὶ εὔκομον, πολλαῖς τε καὶ μεγάλων κλάδων ἐκφύσεσι διαρρούμενον. εἴωθε γὰρ λειποπαθεῖν τὸ ὑπήκοον, ἀπὶ ταῖς ἀώροις μεταστάσεσι τῶν ἀπιβεβηκότων ἡγεμόνων, εἴγε πιθανῶς, καὶ ἡμοτικώτερον τῆς ἡγεμονίας ἀπάρξαντο. ἐπεὶ ἢ τὸν ὁ τῶν βασιλέων ὑπεδέξατο τάφος, ἀπὶ τῷ ἐς Μαυρίκιον τὸν αὐτοκράτορα δορυφορίαν ἅπας ἐτέτραπτο, καὶ πέρας αὐθημερὸν εἶχε τὸ δάκρυον. οὐχ ὕτω γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἡ παρηχὴ

oculis flumina proruperunt, luctusq; singularis populo incessit. Pro nitido cultu vestis obsoleta sumebatur. Ad mœstũ illud theatrum omnes auditio conuocabat, vt in aulam imperatoriam turmatim confluerent. Non sufficiebant pro custodib⁹ complura per vestibula oppansa peripetasmata, per quæ solis magistratibus honoris causſa introitus cõcedebatur. Tristis psalmorum cantus totam noctem continuabatur, & lucentes per tenebras lychni, spectaculum haud iucundum offerebant. Ergo à matutino, sole iam radios iaculante, cœlumq; permeante, populus quãtus quantus erat, in funus Imperatoris se effundit, eumq; prædicatione, & lachrymarum imbribus prosequitur. Multa & vna eademq; laus iã sepultura afficiendo plurimorum ore profundebatur; similiter vt fluuius aliquis multis capitibus, siue initiis manans: aut procera, & frondosa arbor compluribus, magnisq; ramis ab se prodeuntibus dispertita. Moris quippe subditorum est, immatura Principũ funera acerbè pati; eorum puta, qui probari, & ad gratiam popularem conuenienter imperitare occœperunt. Tiberio in sepulcra Imperatorũ illato, ad Mauricium Augustum custodiendum actuendũ omnes satellitum instar sese conuerterunt, fletusque ex vltimo Tiberij

fato

μένων ἐστὶν ἀνάμνησις, ὡς ἡ φύσει τὰ παρόντα μετὰ ταχυδρομικῆς ἐπιμέλειας. fato susceptę, eo ipso die exaruit. Sic enim est ingenium hominũ, non tam meminisse præterita, quam studiosè curare præsentia.

CAPVT III.

Inter Abares, & Romanos ictum fœdus ignominiosum. Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum, & præter pactam in fœdere pecuniam, 20. millia ab Imp. poscit; fœdus rumpit.

Ἤδη δὲ τὸν τῆς ἱστορίας ὑφαίνειν ἱστὸν ἀπαρχόμενος, τύς τε βαρβαρικοὺς πολέμους ἀναγράπτους ποιούμενος, τῆς κατὰ σοῦ Ἀβάρεως κινήσεως πρῶτα μνηθήσομαι, ἅμα τε τὸ τῶν πράξεων ἀκολουθότατον, τῆς τε τάξεως τὸ εὐσταλέστατον. οὐκ ὀλίγα γὰρ ἐκείνων νεανικώτερον παρ' ἐκείνων τὸ τολμηθέντα. οὗτοι δὲ ἔθνη, εὐσεβοῦντες τῷ ἱερῷ, ἀπεστάτουν ἔθνος καὶ ἀνηλεέστατον τῶν νομάδων βιοτῶν, ἔτι πρεσβεύοντα παρὰ τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον, ἐφ' ἥκιστα τῶν μεγίστων πλίσματος ἡγούμενοι κάστρον, σίρμιον ἢ τῶν ὠνόμαστο. ἄστυ τε ἐπίδοξον λῶ, τῆς ἀνὰ τὴν εὐρώπην οἰκουμένης ῥωμαίοις ἐπιλαλούμενον καὶ ἀδόμενον. τοῦτο ἦλω ἐπ' αὐτοῦ βραχυτάτῳ καιρῷ τῶν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον τὰς Ῥωμαϊκὰς μὴ τὰ πορφύρας ἐνδύτα φρονήσας τὰ τῶν καιρῶν ἐπιχειρήσαντα καθέδρας. τὸ δ' ὅπως, μενάνδρῳ τῷ περὶ φανῆ σαφῶς διηγόρευται. ἐπεὶ ὧν, ἔμοι σχολὴ ἐπεξεργασικώτερον τῆς μακρῆς ἐκείνοις λόγοις ἐπεξελθεῖν, ἵν' εἰς τὸ τῆς ἱστορίας μῆκος ἀκριβέστερον καὶ ἐπεξεργασικώτερον ἐπιβάλλοιμι.

NVnc porrò historię telam texere exorsus, bella aduersum barbaros administrata literis persequar, & motum, expeditionemque contra Abares primo loco: quando res illę rebus hactenus à me expositis continentissimæ sunt: & is ordo est commodissimus. Non pauca igitur tunc ab illis per inconsideratam temeritatẽ, & audaciam perpetrata sunt. Abares Hunni origine, Istrum accolunt gens infidissima, & auarissima omnium, quotquot vitam pastoritiam agitarunt. Hi vrbe longè amplissima potiti, ad Mauricium Augustum Legatos miserunt. Erat huic vrbi nomen Sirmium, famaque & sermone propter nobilitatẽ à Romanis Europæis celebrabatur: quam prius ceperant, paruo admodum spatio, quàm Mauricius curas Romanas vnà cum purpura indueret, solioq; imperatorio consideret. Quo eam modo occuparint, perspicua oratione, & distinctè non ignobilis auctor Menander memorauit. Ego otio non sic abundo, vt eius longitudini accuratius, & elaboratius aliquid possim

θεῖν, αὖθις δ' ἐριζήλως εἰρημένα μυθολογεῖν, καὶ πικλικοῖς ὀπτῆρσι ξεσθαι μώμοις. ἐπεὶ δὲ ἐν χερσὶ τὰ ἄσυ ἐγεγόνει τῶν Ἄννων, προσῆλθον αἱ σπονδαὶ ὅπως ἡσυχίαν ἀσπάσιτο τὸ πολέμιον, καὶ τὴν ἠρεμίαν φιλοσοφήσειεν. αἱ δὲ ζωθήκαι ἐπονείδιστοι ῥωμαίοις. μετὰ γὰρ τηλικοῦτο κλονος φῶνα κακοῦ, οἷά πως ἀγωνοθέται καθήμενοι, ὥσπερ ἄθλον εὐδοξίας δῶρα λαμπρὰ τοῖς βαρβάροις παρείχοντο. ὀγδοήκοντά τε χιλιάδας χρυσῶν καθωμολόγουν αὐτῷ ἑκάστου τοῖς βαρβάροις ἐγκαταβάλλεσθαι, δ' ἐμπορίας ἀργύρου τε, καὶ ποικίλης ἐσθῆτος. ἐ περαιτέρω δὲ διήρκεσαν τῶν δύο ἐνιαυτῶν αἱ σπονδαί. κατηυθαδίασαν γὰρ ῥωμαίων, ὁ παρὰ τοῖς οὔννοις χαγάνος ἔτω λεγόμενος. φήμη δέ τις ἀμφ' αὐτὸν ὡς τὸ τῆς τὴν ἐρωτικὴν ἀμφιθαρῆναι προσεκέχυτο, ὡς ζῶσα τρέφεσθαι παρὰ ῥωμαίοις, τῷ μεγέθει καὶ τῷ ζώματι ἐμφανέστατα. διὸ ἐζήτησε βασιλέα, εἰς θέαν τούτων ἐλθεῖν. καὶ ψυχαγωγεῖ θᾶττον ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσορίας τὸν ἔρωτα, καὶ δίδωσιν εἰς θεωρίαν ἐλεφάντων γρέαθαι, πέμψας ὡς αὐτὸν ἐκ τῶν παρ' αὐτῶν τρεφομένων θηρίων τὸ ἐξοχώτατον. ὁ δὲ πηνίκα δ' εἶδεν τὸ ἰνδικὸν ζῶον ὁ χαγάνος ἐλέφαντα, παραυτίκα καταλύει τὸ θέατρον, καὶ παλινοστεῖν προστάττει τὸ θηρίον παρὰ τὸν κήπαρχα, ἢ καταπλαγεὶς τὸ θαυμαζόμενον ἢ addere, præclareque dicta iterum dicere, & poëticis ineptiis ea atterere obscurareq;. Ergo vbi Sirmium in manibus Hunnorum fuit, legatione missa ad fœdus processum est, vt positis inimicitiis paci tranquillitatique consuleretur. Sed fœdus illud Romanis probrosissimum accidit. Post tantarum siquidem cladium ab illis inuectarum colophonem, ipsi velut certaminis arbitri sedentes, barbaris dona illustria, quasi quædam inclytæ virtutis præmia tribuerunt, octoginta aureorum millia in argento, variaque veste à mercatoribus in annos singulos sese numeraturos polliciti. Nec tamen diutius biennio fœdus sanctũ fuit, cum se Princeps Chaganus (vt Hunnis appellabatur) contra Romanos superbè & immodestè gereret. Ad cuius aures cum ante pacem violatam peruenisset, animantes quasdam ali apud Romanos, granditate & forma corporis visendas maximè, Imperatorem orauit, vti eas spectandi copiam sibi faceret. Is huic videndi desiderio celeriter gratificandum ratus, elephantorum quos habebat præstantissimum pro spectaculo ad eum mittit. Chaganus belluam Indicam intuitus, illico ceu è theatro digreditur, eamque ad Imperatorem reduci iubet. Vtrum quia admirabilitate, ac nouitate animalis per-

ἀποφαυλίσαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, εἰ γὰρ ἂν ἐκρυψάμην. Ἐπεχλεῖ δὲ τὸν καίσαρα καὶ κλίνῃ χρυσῇ πεκαρχίσαντα ὡς αὐτὸν παραπέμψαι. ὅπῃ τοσοῦτον γὰρ τοῦτον μετεώριζεν ἡ τῆς παρούσης τύχης ἀκρώρεια. βασιλικῶς δὲ τὸ δῶρον ἐξεργασάμενος βασιλικῶς, μετεπέμπετο. ὁ δὲ σπαρδόμενος, πολλῷ μᾶλλον κατερρενθύετο, οἷα σοπηλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τοῦ δωρήματος. ἀπεπέμπετο δὲ παρὰ τὸν αὐτοκράτορα ὡς εὐτελές τι καὶ ἄκομψον τῇ χρυσῇ ἀλαζονικώτερον κλίνῃ. Καὶ μὴν ἠξίου καὶ σοὺς τοὺς οἰκοδομήσαντα χρυσᾶ χιλιάσι καὶ ἑτέραις εἴκοσιν ἂν ἔτεσιν ἕκαστον παρὰ ῥωμαίων ἀπαίτεισθαι· καὶ δῆτα δυσανασχετοῦντος τοῦ αὐτοκράτορος, σφετερίζεσθαι τοὺς σωθέντας, καὶ σὺν ὅρκοις τοῖς ἄγραις φέρειν ἐδίδου.

percelleretur: an quia id contemneret, dicere non habeo: nec enim id silerem. Negotium præterea Imperatori exhibuit de lecto aureo, quem is artificiosè confectum sibi mitteret: eo vsque enim ob præsentis fortunæ fastigium se se efferebat. Imperator donum regaliter fabrefieri curat, eique transmittit. Qui fastidio & arrogãtia præceps, multò magis fremere, vt qui muneris indignitate contumeliam accepisset, lectumque illum aureum vt rem vilem, & inelegantem ad Imperatorem per arrogantiam remittere: insuper ad octoginta illa millia alia viginti anniuersariè sibi à Romanis pendi postulare: Imperatoreq; id durius accipiente, fœdus contemnere, sacramenta iurata ventis discerpenda tradere.

CAPVT IV.

Vrbs Singidon à Chagano capitur: Augusta, & Viminacium expugnantur: Anchialus deuastatur: vici propinqui hostiliter diripiuntur. Romanorum ad Chaganum legatio.

Ἀθρόον τε τῷ πολέμῳ φίλῳ ἀρθέντος σάλπιγγα, τὰς δυνάμεις συνήθροιζε, καὶ τῷ σιγηδόνα τὴν πόλιν ἐξαπιναίως, ἄφρακτον οὖσαν, ἐλάμβανεν. πολεμικῶν τε ἐρχάνων χηρεύσαν, διὰ τὸ ἐκ τῆς εἰρήνης ῥᾳθυμίαν πολλὴν ὑπερεκχεῖσθαι τῆς θράκης. ἀφύλακτον γὰρ εἰρήνη, καὶ προμηθείας οὐκ ἀνεχόμενον

Nec cunctatus, amicam bello tubam corripit, agmina in expeditionem euocat, vrbemq; Singidonem haud munitam, & militari apparatu destitutam, & ex pace & otio Thracia tota in socordiam, & desidiam versa esset (negligit enim custodiã pax, nec in futurum prospicit) quodque ciuium plurimi (vt in messe) foris

μενον. τῶν τε ξ' ἄστεος τοῖς πλείοσι συμπαρομαρτεῖ ἐν τοῖς αὐλιζομένοις, τῆς ἄλλως τε τοῦτο καταπήγεσθαι ποιεῖν. θέρους γὰρ ὥρα ἐστίν. καὶ ὅσον ἀποζῶ ἐθησαυρίζοντο. ἀκονιτὶ δὲ τὴν πόλιν εἶχεν ὁ βάρβαρος, μεγίστη γὰρ συμπλοκὴ ἀνὰ τὰς πύλας συνεπεπώκει ξ' ἄστεος, πολλοῖς τε τῶν ἀβάρων ἀμφιβαλοῦσα συνέτυχε, καθμείαν τε τὸν ξ' λόγου ἀποφέρεσθαι νίκην, πολλάς τε καὶ ἑτέρας ἄστε γείτονας πόλεις λητίζεσθαι. ταύτας δὲ ῥᾳδίως, καὶ πόνων ἐκτός· ἀόρατον γὰρ ἦν τὸ κακὸν, καὶ τῆς ἐλπίσιν ἀπαραδόκητον. ἀνελόντι αὐγάσαι, καὶ τὸ βιμινάκιον (πόλεις δ' αὗται λαμπραὶ ἔστον τὸ ἰλλυρικὸν φορολογέμεναι) παραυτίκα στρατοπεδεύεσθαι, καὶ τὴν ἀγχίαλον πειρᾶσθαι· ὡς τε πειοικίδας κώμας ἐθήσασε. τῶν δὲ τῶν θερμῶν ὑδάτων οἶκον οὐκ ἀναξήσαι φασί. λόγος δέ τις ὡς ἡμᾶς ἐξεφοίτησεν, ἐν θάδε τὰ τῆ χαγάνε ἀποκρύψασθαι γώαια, καὶ μισθὸν τῆς ἀπολαύσεως ἐκεῖνον αἰτεῖν, μὴ καταῤῥιπεῖν τὰ τῶν ὑδάτων οἰκοδομήματα. λέγεται δὲ τὰ ὑδάτια πῶς τοῖς λουομένοις ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἰς ὑγείαν τάτοις συμμαχεῖν. τελῶν δ' ἐπιγιγνομένων μηνῶν, πεσεσθόντα ῥωμαῖοι πρὸς χαγάνον, καὶ τὸν πόλεμον ἀπεκηρυκεύσαντο, ἐλπίδιον ἐκπέμψαντες, ἄνδρα ἐς συγκλήτε βελὴν ἀναγόμενον, τῆς τε σικελίας ἡγεμονεύσαντα, καὶ τῶν ξ' πραίτωρος ἐπιβαίτα ἐνιάτων. ἔχει δέ τις αὐτὴ παρὰ ῥωμαίοις οὐκ ἄκομψος. ξυ-

manentes, quantum vitæ tolerandæ sufficeret, frugum sibi demetẽdo colligerent, subitò, quãquam non citra laborem capit. Nam intra portas acerrimè pugnatum est; Abares obtruncati magno numero, & Cadmea, vt dicitur, reportata victoria. Alias item non paucas, & huic vicinas deprædatus est; & quidem minimè operosè: improuisum siquidem ac neutiquam exspectatum malum veniebat. Augusta, & Viminacio ad Illyricum pertinentibus in potestatẽ adductis, mox Anchiolum infesto exercitu profectus, eius agrum, & vicos circumiectos populationibus, & incendiis deformauit. Thermarum ædificiis peperciſſe audiuimus, quod eius concubinæ ibi laterent, istamque commercij cum eo sui gratiam peterent. Ferunt aquulas istas lauantibus prficere, & ad corporis sanitatem conducere. Tribus mensibus elapsis, Romani ad Chaganum oratores mittunt, bellum deprecantes. Vnus erat Elpidius, imperialis senator, Siciliæ prætura functus: qui magistratus apud Romanos in honore est. Huic Elpidio collegam addunt Comentiolum, de custodibus imperatoris præcipuũ, Latini Scribonem dicunt. Anchialum igi-

tur

νωμικόσι δ' αὐτῷ καὶ κομεντίολον, ἄνδρα τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενον, ὃν σκέλωνα τῇ λατινίδι φωνῇ ῥωμαῖοι καταπονομάζουσιν. ἦκον γὰρ ἄμφω παρὰ τὸν χαγᾶνον ἐπὶ τῷ ἀγχίαλον. καὶ δὴ ἀπονδῶν ἠξίουν ὡς θᾶσσον τάχος ἥξοιεν, τοῦ δὲ μὴ μετρίως παθόντος ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν, ἀλλὰ καὶ θρασυπαθοῦντος ἀνιαδικώτερον, τὰ λεγόμενα τείχη καθαιρήσειν μακρᾷ, τοῦ δὲ μὲν ἐλπίδι ὑπερχαλῶντος τοῖς λόγοις, καὶ ἐτώσι ἱερεμπόντος οἰδαινόμενον φρύαγμα κομεντίολος μεγαλοφρόνως τῷ τῆς γλώττης εὐθύμιαν ἐπεδύκνυτο. τῷ τε ῥωμαϊκὴν ἐλευθερίαν, δίκαιον σώφρονος δεσποίνης τινὸς ἄκρατον θαλάμοις καὶ μὴ διαφθείρων μοιχικαῖς κολακίαις, τῶν ἀξιολογωτέρων τῶν ἀβάρων ἅματῷ χαγάνῳ παρόντων, τοῖς δὲ θᾶσσον χρήσατο ῥήμασιν.

tur ad Chaganum venientes Legati, vti in mandatis habebant, de fœdere conseruando rogabant. Cum is in inferenda iniuria nihil mitescere; sed superbius etiam minitaretur, se longum murum, qui nominatur, disiecturum, & Elpidius ei tacens concederet, itaque tumentem hominis fastum sustineret, Comentiolus excelsa mente ingenuitatem linguæ suæ demonstrans, Romanamq; libertatem velut pudicam dominam in thalamo custodiens, nec eam mœchicis adulationibus constuprans, audiente Chagano & proceribus, huiuscemodi verbis locutus est.

CAPVT V.

Liberior, & minacior Comentioli apud Chaganum, eiusq; optimates oratio, cum prædicatione Romanorum eximia.

Ἐδόκουν σε ῥωμαῖοι, χαγᾶνε, σοῦ τε πατρῴους θρησκεύειν θεοὺς, καὶ σοῦ ἄλλως τῶν ὅρκων αἰσχύνεσθαι, καὶ δεξιὰς καὶ σωμήκας μηδαμῶς ἀπατᾶσθαι, μηδὲ τὸν τῆς εἰρώνης ἄξονα διὰ σὲ καταβάλλεσθαι. ἐμὲ μὲν ἀλλὰ καὶ δώρων βασιλικῶν μεμνῆσθαι πολλῶν, καὶ φιλοφροσύνης ῥωμαϊκῆς, καὶ τῆς σοὶ σοῦ σοῖς προγόνοις εὐεργεσίας, καὶ τὸν δὲ φιλοξενίας

CRedebant Romani, Chagane, te patrios deos colere, & alios item iurisiurandi præsides reuereri, dextrasq;, & pacta conuenta nequaquam vili pendere, neque pacem per te turbatum & euersum iri: sed & donorum, quę ab Imperatoribus multa tulisti, &, quam expertus es, Romanorum humanitatis, ac beneuolentiæ meminisse, collataque in maiores tuos merita, hospitalitatẽque nun-

» εἰπεῖν, ἐπιλήσμονα μὴ γενήσεσθαί
» ποτε, μή τι δ' ἑτέρων τῶν ὑπὸ σὲ πε-
» πραγμένων ἀδικημάτων Ῥωμαίοις ἀνέ-
» χεσθαι· πρέπει γὰρ σοὶ ἡγεμόνας ζω-
» φρονεστέρους τῶν ὑπηκόων καὶ εἶναι,
» καὶ ὀνομάζεσθαι, ἵνα ὅσον τῷ κράτει
» ὑπερέχωσι, τοσοῦτον καὶ τῇ ἀρετῇ
» διενέγκωσι. πιθανὴν δὲ τὴν ἐκ τῆς
» εἰρήνης εὔνοιαν ἀμνημονοῦσι Ῥωμαῖοι
» τῶν ὑπὸ σὲ πεφυπεργμένων ἐθνῶν,
» καὶ πολλῶν ἀδικημάτων γεγόνασιν
» ἐπιλήσμονες, καὶ φιλανθρωπίᾳ
» πάντων τῶν ἐθνῶν διαφέροντες, ἐ
» πὶ τοὺς ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως κεκινήκα-
» σιν ὅπλα. τὴν γὰρ ἐς ὕστερον ἠρεμί-
» αν, τῶν ἔμπροσθεν ἀδικημάτων νε-
» ωτικώτερον ἐγχειρηθέντων πρὸς πολ-
» λοῖς ἐπεπίλωτο, χάριτι φέροντες
» τοῖς ἀντιδόσεσιν. ἐπεὶ δὲ πάντα σοι
» παρῶπται τὰ πρὸς καλοκἀγαθίαν
» ὁρῶντα, καὶ δίκης ὄμμα τυφλὸν καὶ
» πόδες προνοίας χωλεύουσιν, ἀμοι-
» βὴν ἀξίαν τοῖς βεβιωμένοις ἀντιμε-
» τρεῖν ἐθέλοντες, θεὸς δέ σοι τὸ
» βέλημα, ὅπῃ καὶ θέλει φερόμενον,
» οὐκ ἐπιλήσονται Ῥωμαῖοι τῆς ἑαυτῶν
» ἀρετῆς. ἀλλὰ καὶ μέγιστον κομιδῇ κα-
» τὰ σὲ συνήσονται πόλεμον, καὶ φό-
» νον πολὺν χειρώσασθαι. προσωπε-
» ρεῖ γὰρ αὐτοῖς τῆς εἰρήνης ὁ πό-
» λεμος, ὅτι μὴ τὴν ἡσυχίαν ἀπάν-
» σιτο τὸ πολέμιον. τί γὰρ Ῥωμαίων
» τῶν πώποτε γῆς εὐκλεέστερον ὑπὲρ
» ἐλευθερίας ἀθλήσαντων, καὶ δόξης,
» καὶ πατρίδος, καὶ παίδων; εἰ

úe nunquam non infixam in animo habiturum; nec passurum à tuis vllum Romanis maleficium importari. Aequũ est enim Principes iis, quibus iura & leges dãt, moderatiores & esse, & nominari, vt quantum iis amplitudine imperij antecedunt, tantũ quoque virtutis eminentia antecellant. Quapropter ob initam ex pace composita amicitiam, Romani calamitatum abs te sibi illatarum memoriã ponunt, multaque præter ius & fas in se commissa, voluntaria obliuione obruunt. Et quoniam humanitatis laude inter omnes gentes principatum tenent, vindictæ desiderio arma mouere noluerunt, pacemque consecutam detrimentis superioribus per insolentiam vestrã inuectis opponentes, mala malis compensanda non putarunt. Quia verò cum probitate rationem nullam habere vis, & oculus iustitiæ cæcus est, pedes prouidentiæ claudicant, vt factis tuis dignũ reddere pretium nequeant, & cupido tua tibi Deus fit, agens te quò lubet, Romani virtutem pristinam in pectus reuocantes, longè durissimum aduersus te bellum consensu comparabunt, magnas strages edent; vtpote quibus arma, hostibus quiescere detrectantibus, quam pax iucundiora sunt. Qui enim populus, quæ gens in orbe terrarum fuit vnquam Romanis pro liber-

γὰρ ὄρνισιν εὐτελεστάτοις ὑπὲρ ἧς μὴ ἡττηθῶσιν ἑκάτερον, μήτε ἄξιον πατέρων τὸν ἕτερον, πόλεμος καὶ περὸς καὶ μανόλης ἐστὶ παράταξις, τί δῆτα ἀνθρώπους οἴει, καὶ Ρωμαίους, ἔθνος τε μαχιμώτατον, καὶ βασιλείαν ὀνομαστάτην; ἧς ἂ ῥᾴδιον καταφρονεῖν, εἰ μήγε μόνον αὐτῆς τῆς ἀνάρξεσι. μὴ τοίνυν μεγαλαύχει ἐπὶ τοῖς κακῶς πραττομένοις καὶ ἀπίστως τὸ τήμερον· ἐπὶ γὰρ τοῖς κατορθωμένοις τὸ μέγα φρονεῖν, ἴσως ἐπαινετὸν· τὸ δ' ἐπὶ κακίᾳ βρενθύεσθαι, ἐν ὕβρεως μοίρᾳ, οὐκ ἐν εὐκλείᾳ τεθεᾶσθαι χαρακτηρίζεται. μεγάλα σοι τὰ τοῦ μικρᾶς τῆς ἀγνωμοσύνης ἀνδραγαθήματα· ἀλλὰ μείζων καὶ Ρωμαίων ἡ δυνάμις, ἧπερ καὶ σαφῶς ἐπιμέλεια, καὶ τῶν ὑποφόρων ἐθνῶν τὸ ἐπίκαιρον, ἥπερ τῶν χρημάτων ῥοπή, πό τε τῆς θρησκείας περὶ πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης ἔθνη εὐσεβέστατον, καὶ δικαιότατον καὶ δυνατώτατον. οἷς ἀνθιστάναι μόνον ἠθέλησας, ἢ δὲ ὅπως ἂν εἴη ἠμέλησας· πόθεν δὲ καὶ παρὰ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσιν εὐδοξίας χαρακτῆρας ἐπόθησε, Ρωμαίοις ἀγνωμονῶν; ἢ τί σοι λοιπὸν ἐνέχυρον πίστεως καταλέλειπται; οἱ σᾶ παρὰ σὲ παροινοῦντα θεοί· ὅρκοι βιάζονται, σπονδαὶ καταλέλυνται· εὐεργέται πάσχουσι κακῶς ὑπὸ σοῦ· ἃ πειθόμενοι δώρα δυνάμιν αὐδέσμιον ἔχοντα. ἔασον ἡμᾶς ἡρεμεῖν.

libertate, pro gloria, pro patria, pro liberis decertantibus illustrior? Nam si volucres quædam viliſsimæ ne vincantur, neúe cedant inuicem, validè furenterq; confligunt; quo tu animo tandem homines, & Romani generis ac ſeminis homines fore arbitraris, gentem bellicoſiſsimã, & imperium omnium linguis celebratum, quod (niſi in ipſa origine, & infantia ſua) haud aliquando cõtemni potuit? Quare ob ea quæ ad hanc diem improbè, contraque fidem deſignaſti, non eſt quod te iactites. Propter rectè facta ſibi placere, laudi fortaſſe dabitur: at in vitio ſe magnificè circumſpicere, ſuperbiæ, non honori & gloriæ adſcribendum eſt. Nobilia tu quidem non multò antehac, & iniqua facinora feciſti: ſed maximæ etiam ſunt Romanorum vires, maxima Imperatoris diligentia, maxima ſubiectarum illi gẽtium auxilia. Huc accedit præſentis pecuniæ commoditas, & ſacrorum, vt nuſquam, religioſiſsimæ ſanctiſſimæque cærimoniæ. Quamobrem officere illis potentia nulla poteſt. Hos tu oppugnare tantummodò vis; quo autem res euaſura ſit, non curas. Qualem porrò apud finitimas gentes nomini tuo maculam inures, ſi te in Romanos ingratum iniuſtumq; præbeas? Aut quodnam fidei tuæ pignus eſt reliquum? Dij tui abs te læduntur: ſuſceptum ſacra-

» μὴ τὴν σὴν ἐυκαιρίαν πρὸς κα-
» κὴν ἀδολεσχίαν μεταβαλε. κὴ σὺ
» μηδὲν ἠδικηκότας, μόνον δὲ ᾗ τὸ
» γείτονας εἶναι, λυμαίνειν πειρώμενος.
» αἰδέσθητι πρὸ τῆς σῆς κορυφῆς τὸ
» Ρωμαϊκὸν τετὶ κὴ ἠμέτερον ἔδαφος·
» τῦτο σοι ζωτήριον γέγονε. κὴ μετα-
» νάστην ἐυεγκαλίστυ, κὴ ξένον, κὴ
» ἔπηλυν εἰσῳκίστυ, ὅτε τῆς ἑῴας, τῦ-
» τε ἀρχεγόνε φύλε ὁ ὸς ὀπόδασμος
» ἀπερρωγὸς διεζίζετο. μὴ τὸν καλὸν
» τῆς Φιλοξενίας διαλύστης θεσμὸν, κὴ
» κατεύπωσι φιλανθρωπίας οἱ ἄν-
» θρωποι, κὴ διδάξεις σὺ ἀκόντας
» κὴ αἰτίαν κακῶν βδελυτεσθ τὴν
» ἀσέβειαν. εἰδὲ κὴ χρημάτων ἐρᾷς,
» ἤδη σοι τῦτο παρὰ Ρωμαίοις διώυ-
» ται. φιλόξιμον γὰρ τὸ ἔθνος, κὴ θη-
» σαυρὸς αὐτὸ τὸ μεγαλοπρεπὲς, κὴ
» φιλόδωρον. ἔστι δέ σοι κὴ γῆς ἐυρεῖα τε,
» κὴ πολλῷ τῷ μήκει τὴν ὀπίδοσιν ἔ-
» χεσα· ὡς μήτε ξενοχωρεῖσθαί ποτε
» σὺ οἰκήτορας, μήτε θρύψεως ἀπο-
» ρεῖν σὺ ὀπιβαίνοντας. ἐπάνηκε τοί-
» νυν ὀπὶ τὴν σὴν γλῶ λῶ κὴ σὺ Ρω-
» μαίοις περιλοπίμενος, κὴ περαιτέ-
» ρω τῶν σῶν ὅρων τὴν σὴν μὴ μετο-
» χέτδε δηώσομεν. εἰδὲν γὰρ ἀδική-
» σεσιν ἄνεμοι, εἰ κὴ ῥαγδαίως ὀπι-
» φοιτήσωσι, δένδρον ἐυθενὲς κὴ με-
» γαρσιον, ὥπερ ἡ κώμη πολλὴ, στερρόν τε
» τὸ πέμνον, ἔμβιοί τε αἱ ρίζαι, ἀμφι-
» λαφέσε τὸ σκίασμα, ὅπερ διατρέ-
» φσιν ὥραι κὴ ὕδωρ ἢ τοῖς ἐχετοῖς
» bustæ, excelsæ, frondosæ, cuius

cramẽtum violatur: fœdus frangitur; de bene meritis malè mereris; dona, quorum est veneranda efficacitas, tibi non persuadent. Patere nos quiescere; néue opportunitatem tuam ad occupationem non bonam, iis qui nulla in re tibi obfuerunt, nisi quòd vicini sunt, nocere attentans, transferre velis. Age, præ amplitudine tua Romanũ hoc, & nostrum solum reuerere. Hoc tibi salutare fuit, exulem complexum est, peregrinumque & aduenam sedibus recepit, quando ab oriente, & à primigenia gente vestra portio tua vt fragmentum diuulsum, ac diuisum est. Noli præclaram hospitalitatis legem infringere, & vagabitur latissimè humanitas tua, docebitque audientes exemplo tuo impietatem malorum fontem & caput detestari. Quòd si te pecunia delectat, iam ea tibi à Romanis parata est, qui honoris sunt auidi, magnificentiamque, & liberalitatẽ pro thesauro habent. Tenes tu porrò terram latam, & admodum longam insuper, qua neque coarctentur indigenæ, neque ad vitam mollem & delicatam requisitis egeant. Quocirca in tuam regionem tibi à Romanis donatam regredere; vltra fines tuos exercitum mitte educere. Nihil enim ventorum impetus incommodabit arbori robustæ, excelsæ, frondosæ, cuius truncus validus, viuida radix, ampla

καθάρδον, ἢ τοῖς ὑετοῖς ἀρωσθὲν πελλιμνάζον τε, καὶ παῖνον. οἱ δὲ καὶ ἀκόλαστον πόδα περαιτέρω τῶν οἰκείων ἐκτείνοντες, μετὰ πυθέσθαι ἐνδίκου ποινῆς, ὑψέποτε φιλοσοφήσωσι, τῷ αἰσχίονι ἀνιαρωτέραν τῶν παθημάτων φέρειν οὐκ ἔχοντες.

ample inumbratio, quam anni tempestas, & vel riuo deductæ, vel de cœlo circum stagnantis aquæ humor nutrit, ac pinguefacit. Qui autem trans fines suos proteruè pedem transtulerint, cum iusta pœna serò tandem sapient, vbi dedecus, ipso damno tristius ferre non poterunt.

CAPVT VI.

Chaganus excandescit: Comentiolum punit atrocius. Alia ad Abares legatio. Viginti aureorum millia ad priora octoginta spondentur.

Ἐπεὶ δ' ὁ μέγας ἔτυθε διεπέρασε τὰ τοιαῦτα τοῖς ῥήμασιν ἔλεγχος, ἀνάζεσις αἵματος μέγα τῷ χαγάνῳ θυμὸν ἐπεκύμανε. τό τε πρόσωπον ἅπαν ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐφοινίσσετο, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπερκρεμνομένων τῇ φλογὶ τῆς ἀνοίας, διόλλυτε δ' ὀχήματος ὑποδηλούντων, ὅπη μὴ τῶν πρέσβεων φείσεται· τῶν τε ὀφρύων ἐς μέγα ἐξανισταμένων, καὶ μικρᾷ δεῖν τῶν μετώπων ἀπάλαισῶν ὑπερίπαδα μέγιστος ἀπηώρητο τῷ κομεντιόλῳ ὀκνῆς τῆς ἀλαλέξεως κίνδυνος. τὸ γὰρ τῶν πρέσβεων ὁ βάρβαρος ἀφθείρας αἰδῶ, δεσμοῖς τὸ κομεντίολον ἠτίμωσεν. ἐν εἱρκτῇ τε ξύλων πυκνάκῃ σὺν πόδας ὑπέθλιβε· τό τε σκιωπήνιον διέρρηξε τὸ δ' πρέσβεως. κἀντεῦθεν ὑπεχώρει ὁμῷ νόμῳ πινὶ ζημίᾳ ἁλόντος ἑῷ θυμῷ κατηυξάμενος. λόγοις τε πιθανοῖς παρηγορῶντο οἱ τῶν ἀβάρων ἄλλως ἀπαλλάμενος. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὰ δ'

VT primùm finita est ista verborum acerbior castigatio, Chagano sanguis efferuescere, & magnos irarum fluctus in pectore excitare; vultus totus rubescere, oculisq; præ furore scintillantibus, & immodicè arrectis, ac propemodũ supra frontem sublatis superciliis, toto deniq; habitu subindicare, non sic abiturũ Legatis, & Comentiolo propter orationem pronuntiatam periculum grauissimũ denuntiare. Spreta enim, & abiecta Legatorum reuerentia, barbarus illum in carcerem abduci, pedes eius cippo cõstringi, tabernaculumque discindi iussit: quo indicio cuipiam pœna mortis, lege prouinciali exspectãda intelligebatur. Die postero, augescente ira primores Abarum oratione ido-

τώπατι τὸν ἡγεμόνα, ὑποπεύοντες, ὅπως μὴ δογματίσει κομεντιόλος τὸν θάνατον. καὶ πείθουσι μέχρι τῶν δεσμῶν δοῦναι δίκην ἀδικεῖν. οὕτω πέμπεται Ἐλπιδίους γὰρ ὁ χαγάνος, ἡμιωμένους ὡς βασιλέα ἐξέπεμπεν, ζωτηρίαν δὲ πρεσβευτὴν ζητοῦσιν αὐτοῖς δωρησόμενος. Τῷ δ' ἐπιόντος ἔτους πάλιν ἐλπίδιος ἐπὶ τῇ αὐτῇ πρεσβείᾳ χειροτονηθεὶς, ἀποστέλλεται. καὶ ὡς τὸν χαγάνον γνώσεται, ἐξητεῖ πρεσβευτὴν ἅμα αὐτῷ ἐς βασιλέα γνώσας, ὅπως ἀναζωπυρήσῃ τὰς σπονδάς· καὶ εἴκοσιν ἑτέρων χιλιάδες χρυσῶν τῆς σωτηρίας εἵνεκεν ἐπωξήμαλα. ὁ δὲ χαγάνος οὐ λόγους εἰσεπιήσατο, Ταργίτιόν τε τῷ τῶν ἀβάρων φύλῳ ἄνδρα πρεσβεύειν ὡς τὴν κρείσσονα σὺν ἐλπιδίῳ παρέπεμπεν. ἦκον δ' ἄμφω ἐς βασιλέα ῥήτρα τε, καὶ ὁμολογία ἐγένετο, ἢ μὲν εἴκοσι χιλιάδας πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα καθ' ἑκάστην Ρωμαίοις χρυσῶν, ἢ πόλεμον ἀναλαμβάνειν παρημελήσαντας. Τοιγάρτοι αὖ σωτηρίαν δοκοῦσι πάσῃ ἀναβάλπεσθαι, καὶ ὁ πόλεμος ἐκεχειρίαν ἐλάμβανε μετάλλινα δὲ βεβαιοῦσιν χρόνοις ὕστερον, ἢ τῆς εἰρήνης εὐεξία νοθεύεται, καὶ πάλιν Ρωμαίοις τὸ τῶν ἀβάρων ἀποτίθεται φῦλον. ἀλλ' οὐκ ἀναφανδὸν, ῥᾳδιουργικώτερον δέπως καὶ δολερώτερον.

nea Principem mitigãt, monentes, ne supplicium capitis in Comentiolum decernat, persuadentesq; Legatos in vincula dũtaxat traditos, satis ei pœnarum persoluisse. Annuit Chaganus, & hac ignominia multatos, ac salute quam non sperabant donatos, ad Imperatoré remittit. Anno insequenti Elpidius iterum ad eundem missus, Legatum vnà secum super fœdere instaurãdo, & aliis viginti aureorum millibus priori summæ addendis remitti precatur. Chaganus petitionem haud aspernatus, Targitium, hominẽ inter Abares spectatissimum cum Elpidio ad Imperatorem legat. Decidunt, statuuntq;, vt Romani vicenis millibus summam priorem cumulent: ni faxint, bellum habeant. Hac ratione fœdus recreari, ac refoueri aliquo modo visum est, & ab armis cõcessa vacatio. Breue tempus intercedit, bonaque habitudo, & tãquam sanitas fœderis corrumpitur, Romanosq; Abari non illi quidem manifestè, sed inertius quodammodò, ac dolosius adoriuntur.

CAPVT

CAPVT VII.

Sclauorum ad longum murum hostilis progressio, & in iis cadendis fugandisq; Comentioli ducis memoranda virtus.

Τὸ γὰρ τῶν σκλαβίνων ἔθνος ἐπαφίησι, καὶ πολεῖται τῆς ῥωμαίων γῆς ἀποκείρεται, καὶ τῶν μακρῶν μέχρι καλουμένων τειχῶν οἷα δὴ ἄπονται, ἀθρόον προσβαλόντες τῇ ὄψεσι, πολλὰ ἀπεργάζονται φόνον, διὸ καὶ δεδιὼς βασιλεὺς, τὸ μακρὸν διεφρούρησε τεῖχος· καὶ τὰς περὶ αὐτὸν τῶν στρατευμάτων πληθὺς ἀπεξήγε τῆς πόλεως. ὥσπερ ἀξιολογώτατον ἔρυμα περὶ τὸ ἄστυ αὐτοχέδιον μηχανώμενος. Τότε δὴ τότε κομεντίολος, οὐκ ἀνάμεσον ταξιαρχίαν πιστεύεται. κατὰ δὲ τὸν θρᾴκιον ἵππων, ἀπελαύνει τῶν σκλαβηνῶν πλήθη. ἀφικνεῖται δὲ καὶ κατὰ τὸν ἐργινίαν, ἕτω καλούμενον ποταμὸν, καὶ ἀδοκήτως ἐπὶ τοῖς σκλαβηνοῖς καὶ καρτερῶς ἐπιπίπτει, καὶ θάνατον πολὺν τοῖς βαρβάροις ἀπεργάζεται. Διό τοι τοῦτο καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστέλλεται, καὶ ῥωμαϊκῆς ἀξίας λαμπρύνεται, τὸν τε τοῦ πρεσεντίου τὸν παρὰ ῥωμαίοις λεγομένου ἔνδοξον ἡγεμονίας ὄμιλον ἀποφέρεται. εἶτα παρελθὼν τῷ θέρει, τὰς ῥωμαϊκὰς ζωαθρόησας δυνάμεις, ἐπὶ τὴν ἀδριανὴν πόλιν φοιτᾷ καὶ ζωντυχαίνει ἀνδραγάθῳ, ἐπισυρομένῳ πλήθη σκλαβίνων πολλὰ, ἄγρας τε αἰχμαλώτων ἀξιολογωτάτας, καὶ λείας λαμπρὰς. Διανυκτερεύσας

NAM Sclauini (siue Sclaui) ab ipsis submissi ac subornati, impressione facta Romanæ telluris partem latissimam occupant, & vsque ad murum longum, vt vocatur, confertim prosilientes, grassantesque, funera multa faciunt. Quare etiam timens Imperator, murum custodit: quas apud se habebat cohortes ex vrbe educit: & circum Christopolim tumultuariè veluti vallum ac tutamentum inprimis eximium molitur. Comentiolo tum præfectura militaris, honestum sanè munus iniungitur, qui Slauis per Thraciam instans, eos pellit. Deuenit autem ad fluuium Erginum vocabulo, ibi de improuiso in illos facto impetu, complures extemplò mactat. Qua de caussa ab Augusto Imperator dictus, rursum in hostes mittitur, Romanisque dignitatibus illustratur, & quam Romani Præsentis nominant (is honor est ducum militiæ) ea condecoratur. Deinde reliqua æstate, congregatis Romanorum copiis Adrianopolim contendit, atque in Andragastum incidit, quem ingens Sclauorum caterua cum opima præda, captiuorumque selectissimorum numero sequebatur. Exacta illic nocte,

πι ὄρθριος ἦκε πλησίον ἐνσίνου τοῦ φρουρίου, καὶ γυμνικῶς τοῖς βαρβάροις ξυμπλέκεται. τὸ δὴ πολέμιον πεύμνα τι ἐκρέσατο, καὶ ἐς φυγὴν ἐξωθεῖτο, καὶ τῆς ἀσικῆς αὐτῆς ἀπελαύνετο, λαικλώ τε τοῖς αἰχμαλώτοις ἡμέρας ἀνέσχε τὸ Ρωμαϊκὸν ἀνδραγάθημα. ὁ δὲ στρατηγὸς ἐπηγώνισεν ἐπινίκιον, καὶ τρόπαιον ἐνιδρύσατο.

mane ad castellum Ensinum graditur, & cum barbaris prælio generosè dimicat. Illi paulatim cedunt, & Astice tota expelluntur; fuitque captiuis dies ille ob virtutem Romanorum candidus. Dux epinicion cecinit, ac trophæum erexit.

CAPVT VIII.

Fœdus à Chagano iterum pessundatur. Caussa Bocolabras quidam magus, Scytha genere. Targitius Chagani Legatus in insulam relegatur. Vrbes Romanorum subiguntur.

ΜΕτὰ πώρας δὲ ἐρχομένης, πάλιν οἱ βάρβαροι τὰς σπονδὰς λέχεον, τῷ τε ὁμιχμίαν εἰς τὸ φανερὸν ἀνδραποδίζοντες, λέξω δὲ τὴν αἰτίαν, ἐξ ἀναίνορμον. σκύθης ἀνὴρ βοκολάβρας τὴν ἐπωνυμίαν φερόμενος. εἰ δέ τις καὶ τῆς θεσπιῳδίας τὸ ζαφὲς ἐπιγλίχοιτο μαθεῖν, παρμυϊκὰ φωνὴ τὸν ἱερέα τῶν σκυθῶν δηλοῖ. μέγα τοῦτον δὲ φάναι ἱερέα τῶν σκυθῶν δηλοῖ τὴν ἑλλωΐδα μεταμορφῶντας φωνὴν, τῆς ἐρημωσίας πυξόμενος. ἔτος ἔδρα τὸ τλωικαῦτα κομᾶν φιλοκίνδυνον τόλμημα. παρεωάζεται γὰρ ἐνὶ τῶν τῶν χαγάνου γυναίων, ἡδονῇ τε βραχείᾳ δελεασθεὶς, εἰς μεγάλας ἄρκυς ἑαυτὸν ἐμπέπτηχεν. ἐπιστοπάσας δὲ μή που τὸ κακὸν φωραθείη, καὶ προβλέπων ὀδύνοι τὸν ἔλεγχον, ἐπιπείσας ἐκ τῶν ὑπηκόων γηπαίδων ἄνδρας ἐπὶ τὴν φυγὴν δηλοῖ τὸ δρχέγονον ἐπεποίητο φόλον.

Avgustumno ineunte, barbari fœdus de integro temerant, belliqúe societatem apertè abiiciunt & aspernantur. Caussam huius rei explanare non pigebit. Fuit homo Scytha, Bocolabras vulgò dictus: cuius vocabuli planissimam significationem siquis requirit, sciat id græca lingua sacerdotem magum sonare. Hic per id tempus facinus ausus est periculosissimum. Cum vna enim amicarum Chagani stuprum fecit, breuiqúe voluptate inescatus, in magna mortis retia se inseruit: ac metuens, ne rescitum flagitium crudele sibi supplicium pareret, persuasis septem de subiectis sibi Gepidis, cum iis in fugam ad gentem auitam sese tradidit. Sunt autem Hunni, habitan-

Οὐῆνοι δ' ἔτι, περοικοῦντες τὴν ἕω, Περσῶν πλησιόχωροι, ὃς καὶ Τύρκας ἀποκαλεῖν τοῖς πολλοῖς γνωρίμωτερον. καὶ οὕτω διαπορθμεύσαντα τὸν ἴστρον, ἐπὶ τὴν λιβιδινῶν πόλιν φερόμενον, ἁλῶναι ὑπὸ τῶν Ρωμαϊκῶν ἡγεμόνων, τῶν ἐς φρουρὰν ζωπαγμένων τὸν ἴστρον, τό, τε ἦθος ἐδήλωσε, καὶ τὰς πάλαι διατριβὰς, ἃς τὴν ἐντεῦθεν ἐπελαύνουσαν ἡδονὴν. ἐπεὶ δὲ πυθανὸς ἐδόκει τῇ διηγήσει τὸ ἀτυχήματος, παρὰ τὸν αὐτοκράτορα ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος παραπέμπεται. κἀντεῦθεν ἐδόκουν αἱ Ρωμαϊκαὶ σπονδαὶ διαφθείρεσθαι, εἰ παραγυμνωθείη ὁ πόλεμος, ἐπὶ Ταργιτίου τοῦ βασιλικοῦ ἐπιβαίνοντος ἄστεος ἐν πέσσεων μοίρᾳ, καὶ τὸν ἐγκύκλιον φόρον παρὰ Ρωμαίων ὑποθερίζοντος, ὃν αἱ ζωθῆκαι τῷ χαλκίῳ ἀντὶ ἐτησίου ἐβλάστανον ἐκαστον. τὰ δ' ἐπὶ καὶ βασιλέα, οὐκ ἀπὸ τρόπου πως ὀργὴν ὑπηρείθιζεν, ἐχθήκισε φενακίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀβάρων διανοούμενον. τοῦ μὲν ἐξαιτοῦντος τὸν ἐγκύκλιον φόρον, καὶ τὰς εἰρωναίας πρεσβείας· τοῦ δὲ μὴ ἀπεμοῦντος, ἀλλὰ τὴν εὐρώπην δηοῦντος, καὶ ἀναστάτους ποιουμένου τὰς πόλεις. ἐξοργίζει γὰρ ὁ Ταργίτιος ἐπὶ τῷ καλλίπαιδα νῆσον, ἐπὶ μείωσις σκληραγωγούμενος ἐξ. καὶ μέχρι τούτου ὁ βασιλέως θυμὸς ὑπεφλέγμαινεν. ἠπάλλετο γὰρ καὶ θάνατος ἐκ τοῦ πέσσεως διαγματίζεσθαι. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν χαλκῶνα τῶν τε Σκυθῶν, καὶ Μυσῶν τὰς πρεσβείας ἐλυμήναντο πάντας, εἶλόν τε πόλεις πολλὰς, τήν τε Ραιτηείαν,

bitantes in oriente, Persarum vicini, quos multi vsitatiore vocabulo Turcas nuncupant. Istrum ergo traiiciens, & in vrbem Libidinum delatus, atque à quodam è ducibus Romanis, ad Istri custodiam constitutis interceptus, genus, & vetus studium suum, voluptatemque ob quam fugeret indicauit. Cum de infortunio suo narrare probabilia videretur, à duce ad Imperatorem trãsmittitur. Atque hinc existimatum est, fœdus Romanum turbari, & bellum aperiri cœptũ, cum interim Targitius in vrbem imperatoriam pro Legato veniens, pecuniam anniuersariam ex fœdere Chagano pendendam exigeret: id quod Imperatorem non immeritò ad iram subextimulabat, qui se Abaris manifestissimo esse ludibrio cerneret: hoc (Targitio scilicet) pensionem annuam, pacalesque redditus poscente: illo (Chagano videlicet) non quiescente: sed Europam lacerante, & vrbes euertente. Relegatur itaque in Chalcitidem insulam Targitius, & ad menses omnino sex durius tractatur. Eo vsque Imperatoris ira feruebat in Legatum, cui pœnam capitalem erat comminat⁹. Chaganus porrò Scytharum Mœsorumque finitimos omnes quaque vexabat, multasque vrbes, Rha-

teriam,

καὶ Βονώνειαν, καὶ Ακὺς, καὶ Δορόστυλον, καὶ Σαλδαπὰ, καὶ τὰ Παννασὸν, καὶ Μαρκιανοῦ πολιν, καὶ Τρόπαιον. πράγματα δέ οἱ πολλὰ παρείχετο ἡ ἐγχείρησις. ὁ γὰρ ἀνὴρ, καὶ ἀπερεμερίμνως ἅπαντα παρεσκεύαστο τὰ πολίσματα, καί τοι μεγάλας ὑπεκρεούσης ὑπονοίας αὐτῷ τῆς ἀθρόας ὑποφοιτήσεως, ἥ τις ἐς τὰ μάλιστα ἀναταγώνιστον κακὸν τῇ ῥᾳθυμίᾳ κατίσχειν βασιλῆς δέκεμενίολον στρατηγὸν ἀνίησι, καὶ τῆς πάσης ἡγεμονίας κηδεμόνα τοῦτον ἐποιήσατο.

teriam, Bononiam, Acys, Dorostylum, Saldapa, Pannasa, Martianopolim, Tropæum subigebat. Cæterùm nõ leue negotium illi facessiuit oppugnatio, nec absque sudore, sollicitudine, ac diligentia hæc oppida obtinuit; quanquam frequens accessus, ad suos (quæ res socordiæ calamitas est insuperabilis) multum ei velut aspiraret, & opem atque subsidium afferret. Imperator Comentiolum excitat, eumque ex asse ducem exercitus legit.

CAPVT IX.

Transitus ad res Persicas. Romanorum cum Persis ad Nymphium flumen aduerso Marte congressus.

Ἀλλ' ἐπεὶ ἐκεῖ γε τῶν Ἑννων τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ βιώντων τὰ πρωτόλιά μοι τῆς ἱστορίας γεγώνηται, ἄγε δὴ, ἄγε καὶ τὰς περσικὰς πράξεις, τῇ τῆς διηγήσεως αὐτανάξωμεν φορμιγγι. παλινοστήσω γὰρ ἐπὶ τὸν Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἀναγόρδυσιν, τὸν μηδικὸν νυῦν ἀναγραψόμενος πόλεμον. καὶ μὴ μοί γε ἐς ἀπεχθανέσω, τοῦ γε ἕνεκα παλινδρομοῦντι πρὸς τὰ πρεσβύτερα. ὁ γὰρ ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἐπάνιμεν πράξεις, εἰ καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἀνταναγόμεθα. τὸ γὰρ συνεχὲς τῶν προφθεγγομένων οὐκ ἠνέσχετο χαλινὸν, ἵνα μὴ τέως τῇ παρενθήκῃ τῶν ἑτεροίων ἀφηγημάτων ζύγχυσιν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐμποιήσῃ). Ἐπὶ πρῶτον ἔτος ἦν ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας

SED iã quia principium, & quasi quoddam vestibulum historiæ nostræ in Hunnis ad Istrum sedes habentibus consumpsimus, age, quæ contra Persas acta sint, literis deinceps prodere aggrediamur. Ad Mauricij autem initia reuersi, bellum in Perside gestum describemus. Ac nolim me à quoquam in vitio poni, si ad superiora, & antiquiora me referã. Non enim ad eadem narranda regrediar, etiamsi ad eadem tempora redeam; coniunctio enim cum his, quę iam exposuimus, dilationem non concedit; nec aliis interpositis, de confusione lector conqueratur. Post prælium illud Persicum memorabile primus adhuc annus Mauricij Augusti

Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, μετὰ τὸν Περσικὸν ἐκεῖνον καὶ ἀοίδιμον πόλεμον, ὅπερ ὁ Ταμχοσρὼ κατ' ἐκεῖνο καιρὸς τῶν μηδικῶν στρατευμάτων ἡγήσατο, καὶ Βασιλεὺς τὸν Ιωάννιν, ὥπερ ἐπώνυμον τὸ τῆς ὑπερώας χειλώνης καλέκθμον, ὃν δὴ καὶ μησσάκωνα προσηγόρευον Ρωμαῖοι, τῶν ἐκ τῆς ἀρμενίας στρατοπέδων ἐπὶ τὰς τῆς ἀνατολῆς δυνάμεις Ρωμαϊκὰς μεταβίβαζεν, ἅρτι πίνων ὁ στρατηγὸς τὰς ἑῴας Φροντίδας ἀποβαλόμενος, στρατοπεδεύεται ἔνθα ὁ νύμφις ποταμὸς τῷ πηγιδι ἀνακοινοῦται τοῖς ὕδασιν. ἐν τούτῳ δὴ τῷ χώρῳ ἐξαρτύεται πόλεμος, τῷ μὲν Ιωάννῃ τῆς Ρωμαϊκῆς προεστῶτος δυνάμεως, τῆς δὲ Περσικῆς καρδαριγὰν παρὰ τὸν αὐτὸν ἄξιωμα. φίλον δὲ Πέρσαις ἐκ τῶν ἀξιωμάτων προσαγορεύεσθαι. ὥσπερ ἀπαξιούντων τὰς ἐκ τῆς γυναικὸς ὀνομασίας ἐπιφέρεσθαι. γαμάζεσι γὰρ τύχης ἐπίδοσιν, ἢ νόμον γυναικὸς τὸν πρὸ τῆς ζῴων αὐτῶν προσηγορίας, ἅρτι τῆς μητρώας αὐτοῖς νηδύος προκύψασι ζωαγίχον τε. ὁ μὲν οὖν Ιωάννης τὴν πᾶσαν πλησθὴν τῆς δυνάμεως τριττὰς κατέξατο μοίρας. καὶ αὐτὸς μὲν ἀνεδέξατο τὸ μαχίμου τὸ μεσαίτατον, κούρσ δὲ τὸ δέξιον ὁ ὑποστράτηγος, δέρι; ἤλφ δὲ, τὸ λαιὸν. καὶ ὡδέπως τὸ τριπλᾶ διεκεκόσμητο σίφη ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Περσικὸν ζωστέπακλο. ἐπεὶ δ' αἱ σάλπιγγες ἐνυάλιον ἤχησαν, καὶ τὸ μεταίχμιον ἐβεβαχώθη, ὁ πόλεμος εἶχε τὴν πάροδον, προσβάλλουσι τοιγαροῦν

gusti voluebatur: quo in prælio, Tamchosro, qui tum Persicas copias ductabat, suis præfuit. Imperator Ioannem, cui ex longitudine mystacis, Romani cognomentum Mystaconi indiderant, cohortibus Armeniis præfectum, inde auocatum militiæ Romanæ orientali magistrū dederat. Iam igitur huic muneri præpositus, eò contēdit, vbi Nymphius cum Tigride confunditur; quo in loco certamini accinguntur, Romanos quidem Ioanne, Persas Chardarigano ducentibus. Nomen dignitatis hoc est apud Parthos, quos à dignitatibus indigitari delectat; dedignantes videlicet nomina ab ortu sibi imposita. Pluris enim acceſsiones fortunæ, quam paternam legem in ipsis appellandis, simul ex vtero materno prodeuntem faciunt. Ioannes ergo totum exercitum suum tripartitò distribuit, medium agmen sibi deposcit, Cursio hypostratego, siue Legato dextrum, Ariulpho sinistrum committit. Atque hunc in modum, in tres partes nimirum eius copiæ digestæ sunt. Ad eundem modum Persæ dispositi. Postquam exortus tubarum clangor Martem accendit, nullumque procedentibus vtrinque spatium in medio relictum, pugnam inuadunt; ac Ioannes quidem agmine medio,

Ρωμαῖοι τοῖς ἀλυσὶ κέρασιν. Ἰωάννης μὲν τῷ μέσῳ, ἀριστερῷ τῷ εὐωνύμῳ. καὶ δὴ καὶ κρατοῦσι τῶν ἀντιμετώπων δυνάμεων. κὰρς δ' οὐκ ἐνέμιξε χεῖρας, ἐβάσκαινε γὰρ τῷ Ἰωάννῃ εὐπραγίας, ὥστε ἅπτεσθαι μεγίστην ἀγωνίσμενον δόξαν, καὶ ἐν εἰς τὰ πίσω πέρσαι ἐτρέπετο. ἐδεδίεσαν γὰρ, μή πως τὸ ἀντίπαλον ἐμβεβηκὸς τὴν ἁρμὴν ὑπὸ θείᾳ Ρωμαῖοι δὲ τὸν κὰρς ἑωρακότες ὑπόμαχον, τῷ τε θείᾳ αὐτὸν δυνάμιν, τὰ νῶτα τοῖς βαρβάροις ἐγύμνουν, καὶ πρὸς τὰ ἀναπεπτοίτων χωρία. οἱ δὲ πέρσαι τῇ παλιῴξει χρησάμενοι, ἐπεὶ τὸ Ρωμαϊκὸν ἵππον κεκμηκὸς ἀνέωρον, ἔκ τε τῆς σωτονίας τὰ δρόμα, ἔκ τε τῆς χαλεπότητος τοῦ πρὸς τὸ δυσάναντες τὰ ὀχυρώματα καταφυγῆς, ἀρρενικῶς ὑπεστήσαν, καὶ πολεμίως ἔσαν τοῖς Ρωμαϊκοῖς κεραΐζουσι, καὶ μόλις ἐπὶ τὸν χάρακα ἐπανήκον Ρωμαίοις οἱ βάρβαροι ζωεχώρησαν. ἐν τούτοις ὁ πόλεμος ἐπεπέρασο, καὶ μετοπώρα παρενέκυπτεν ὥρα.

Ariulphus læuo in hostem se incitant, oppositisq; à fronte aciebus prævalent. Cursius, quòd Ioannis fœlicitati inuideret (pro summa nimirum gloria adipiscenda certaturo) manus nō conferebat. Persæ itaque, metuentes, ne aduersarij validius incumberent, retrocedebant. Cum Romani Cursium conflictu abstinere cōspicati, barbaris terga dant, & ad loca accliuia se penetrant. Persæ fugientibus inhærentes, cum Romanum equitatum ex continenti cursu, & difficultate ad ardua, munitaque locorum euadendi defatigatum cernerent, premebant viriliter, maximam eorum partem ita dissipantes, vt ad castra se recipere vix possent. Hic pugnæ exitus fuit, & autumnus iam aduentabat.

CAPVT X.

Mauricij, & Constantinæ Augustorum nuptiæ magnificentissimæ. Ciuitatis publica lætitia, gratulatióque.

Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὸν πατέρα τὸν Παῦλον ὑπὸ τῷ αὐλῷ βασίλειον λαμπρῶς καὶ θεοφανῶς εἰσεδέξατο, ἔναγχος ὑπὸ τὸ Κωνσταντίνου ἄστυ γενόμενον. καὶ νυμφίος τῇ ὑστεραίᾳ ὁ βασιλεὺς πομπεύεται. τὸν γὰρ Ἰωάννην τὸν τῶν ἱεραρχικῶν ἐξηγούμενον θρόνων ἐς τὸ ἀνάκλορον εἰσκαλεσάμενος, ἐν τῷ μεγάλῳ θαλάμῳ

IMperator patrē suum Paulum, qui nuperrimè Constantinopolim venerat, honorificè ac splendidè in palatium accepit, seque postridie sponsum in pompa exhibuit. Accito enim Ioanne Patriarcha, in magno thalamo, iuxta aulam eiusdem palatij amplissimam, cui Augustali nomen est, rogat, vti precibus fausas fortunatasq;

τῷ θεὸς τῇ μεγίστῃ τῶν βασιλέων αὐλῇ (αὐγουστᾶν δ' ἄρα ἔτυχε καλουμένην) ἠξίωσε τῆς ἐκ τῶν κρειττόνων τυχεῖν ζωοποιήσεως, διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον τῶν ἱερέων ἐντεύξεως, ὅπως αἴσια τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν γάμων συμβαίη ἐπίχειρα. ὁ δ' ἱερεὺς τὸ βασιλικὸν ἐθεράπευσε βούλημα τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἱκετείᾳ· καὶ τῶν χειρῶν τῶν βασιλέων ἑλόμενος, ζωπυρεῖ ἀλλήλοις. εὐκλεέσι τε προσφθέγμασι τὸν τῶν αὐτοκράτορος κατηυφήμησε γάμον. ναὶ δὴ καὶ τὰς κορυφὰς τῶν βασιλέων τοῖς σεφάνοις καθιδρυσετῶν τε θεανδρικῶν μυσηρίων μετέδωκεν, ὡς ζώπυρος τοῖς θρησκεύσι τὸν παναγῆ τοῦτον, καὶ ἀκίβδηλον πίστιν. εἶτα μετ' ἐκεῖνο εἰσέφρησαν δὴ τὸν βασίλειον παστάδα, οἱ τῆς κορυφαίας τῶν ἀξιωμάτων φειλαμπόμενοι, ἧς καὶ γονεῖς ἐπικαλεῖν βασιλεῖς οὐκ ἀπηξίωσεν, ἀντὶ πορφύρας ὥσπερ καλλομένους τὴν εὔνοιαν. ἕτοι φωταυγὴς τῷ βασιλέως γιγνόμενοι, ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν βασιλείων ἐλιπάρουν τῆς εὐφημίας τὸν νυμφίον, τὸν καίσαρα, δὴ θρόνῳ καθίσαντα, δὴ φαίνεσθαι τοῖς στρατεύμασι, καὶ γαμήλια δῶρα τοῖς ὑπηκόοις χαρίζεσθαι. ἡ δὲ παστὰς ἡ βασιλεία, μεγαλουργῶς ἐκεκόσμητο. ἐν τῷ φειδόλῳ τ πρώτων μεγάλων τῶν βασιλέων ζηκῶν, χρυσῷ, καὶ λίθοις ἀγερώχοις κατακοσμῶ. ναὶ μὴν καὶ ἀλουργῆς ἱμαλίοις βαφῆς δόσποιν Τυρίας μεγαλομίτου φειπόρφυρος ἦν. ἡ δὲ τιθεείας πῆς ἡ παρθένος ἡ νύμφη προηγεῖτο τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὸν γαμήλιον

natasq; sibi nuptias à beneuolente numine precetur. Ille Imperatoris voluntatem officiosè complexus, vota concipit, & vtriusq; apprehensa dextera, eos connubio iungit, coniugibusque optabili affatu bona omnia à Deo exoptat; capitibus quoque amborum coronas imponit, & mysteriis eos Dei, hominisque (vt nobis sinceram, sanctissimamque fidem colētibus fieri consuetum est) impertit. Posthæc clarissimis honoribus eminētes, quos etiam Imperator parentum appellatione dignabatur (qui scilicet beneuolentiam illi, amoremque patrium præstarent) eos in geniale cubiculum deduxerunt. Hi eundem & sponsum, & Cæsarem rogabant bonis precibus vehementer, vt ad propylæa palatij è throno sese militibus gratulaturis in conspectum daret, & congiarium nuptiale in illos conferret. Iam verò thalamus imperatorius magnificè exornatus visebatur. In circuitu siquidem primorum, & magnorum illorum Imperatorum simulachra, auro & lapillis conspicua apparebant, parietesque velamina è purpura Tyria, tinctura optimæ ac pretiosissimę vestiebant. Tiberij autem filia, virgo & sponsa, Imperatorem in solium nuptiale, subtilibus tex-

θρόνον, ὡς ἐν παραβύστῳ ὄσον ἔπω ὀψομένη τοῖς δήμοις, τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων ἀθρόον διαστελλόντων ὡς ἐν ζωθήματος. παρῆν δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν παστὸν παραγίνεται, ὑπὸ πολλῶν λαμπομένων ἀνδρῶν φωτὶ φανῶς προπεμπόμενος καὶ οὗ αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς προπετάσμασι πομπεύσας τε ἅμα τοῖς θεαταῖς τὴν βασίλειαν, καὶ προπύξας. παρῆν δ' ὁ τῆς βασιλέως νυμφεύτης (εὐνοῦχος δ' ἄρα ἦν τῆς αὐτοκράτορος) μαργαρίτης ὄνομα αὐτῷ, ἀνὴρ φοβερὸς ἐπὶ ἐν τῇ ἑστίᾳ τῆς βασιλέως. ἡδὲ βασίλεια ἐξανέσχε τοῦ θρόνου, τὸν γαμέτην τὸν βασιλέα περιῴσουσα, ἀνεκραγόντο οἱ δῆμοι ὑμέναιον. ὁ δὲ νυμφαγωγὸς κύλικι οὐ νυμφίᾳ, ὁρώντων τῶν δήμων ἐφιλοφρονήσατο. ἐθέμις γὰρ οὐ ἐπιθέσθαι στεφάνους. ἐ γὰρ ἰδιῶται ἐτύγχανον ὄντες οἱ νυμφεύόμενοι· ἤδη γὰρ τοῦτο τῷ βασιλικῷ ἀξιώματι προκατείληπτο. τοῦτο μὲν δῆτα τῇ προπαρασκευῇ. ἡ δὲ πόλις ἐπανηγύριζεν ἐν ἡμέραις ἑπτὰ, ἀργυρέοις τε ἐστεφανώτο σκεύεσι· καὶ λαί τε γὰρ πίνακες, καὶ λεκανίδες, καὶ κυλίχναι, καὶ τρυβλία, μαγίδες τε, καὶ κανᾶ, πλεῖστος Ῥωμαϊκὸς διεκέχυτο. τρυφή τε χρυσέου κόσμου, τὰ οἴκοι μυρίεα. θέατρον δὲ τοῦ βλομένου πάντες ἑστιῶσι τὰς ὄψεις αὐλοί τε καὶ σύριγγες, καὶ κιθάραι περιελάλουν ἀμφίενον ὁμοῦ καὶ ἐπαγωγόν· πολλοί τε τῶν θαυματοποιῶν παρημέρουν τὰς

tis, variè picturatis de industria exornatum, vt in abdito, mox à populo conspicienda præcedebat. Illico Imperator à compluribus candidatis honorificè deductus ingreditur, & in locum editum, peristromatis illustrē, tum vt Augustam spectantibus, ceu in pompa ostentaret: tum vt eam complexu foueret, ascendit. Et aderat, cuius munus sponsam deducere, eunuchus quidam Imp. Margarites nomine, aulicorum non postremus. Honoris ergô Imperatrix, venienti marito Imperatori assurrexit. Tum spectatores hymenæum exclamare. Hîc nymphagogus ille palâm sponsis pateram meri plenam vultu iucundo porrigit: nam serta iisdem imponere non licebat, quòd priuati non essent; & istuc ipsum iam imperatoria maiestas anteuerterat. Hæc igitur die altero, vt diximus, acta sunt. At ciuitas vniuersa diebus septem continuis ferias agitare, & honoris caussa vasis vti argenteis; discis, inquam, patinis, patellis, cantharis, trullis, quadris, & canistris, quæ tum Romanorum diuitiæ proferebantur; deliciæque ornatus aurei, domestici thesauri theatrum quoddam erant planè quibus suis oculos pascere volentibus, Tibiis, & fistulis, & citharis ad remissionem, & oblectationem animi omnia circumstrepebant, multiqué præstigiarum artifices ludicris suis totos

ζφῶν αὐτῶν ἐυτραπελίας τοῖς φιλοθεάμοσιν ἐθριάμβευον. οἵ τε ἐπὶ σκηνῆς λοιδορούμενοι, οἷς ἂν ἐθέλοιεν, μετὰ μεγίσης ἀμίλλης τὰς γελωτοποιὰς δραματουργίας, οἷα πρὸς αὐτοσχεδίαίς πνὸς ἐπιγράμματος ἐπεδείκνυντο. ἱππικοί τε ἐπλήρουν ἀγῶνες. καὶ ὁ βασιλεὺς ἑστιᾶτο ἐν τέλει, ἐν τῇ τῶν βασιλέων οἰκίᾳ. καὶ ἔτως ὁ πρῶτος ἐκεῖνος καπηλεῖος τὸν γάμον.

tos dies spectandi cupidos detinebant. Alij in scena, hominum quorum libebat vitia carpentes, perstudiosè ridicula dramata, velut seria quædam, & grauia exercebant. Insuper ludi equestres committebantur, & Imperator magistratus in regiam ad epulas inuitabat. Atque isto modo splendidæ illæ nuptiæ finem acceperunt.

CAPVT XI.

Incendium in foro, sub initia imperij Mauricij. Miraculum de concha Glyceriæ martyris. Paulinus præstigiator in crucem agitur: filio caput amputatur.

Ἐπεὶ δὲ τὴν ἰσορίαν ἀναγραφόμενον τὰς ἐπισήμους τῶν πράξεων, πάντα προθύμως ἐς μέσον προτίθεσθαι, ἄγε δὴ φέρε καὶ τὰς δυσχερεστάτας τύχας τοῖς φαιδροτέροις ἐμμίξωμεν. ἤρξατο ἀρχομένῳ, ἐν τῷ λεγομένῳ Φόρῳ (πρίλαμπρος δέ ἐστι χῶρος τῆς πόλεως) φλόγες μανόλεις πυρὸς ἐνεπέμπρων τὴν ὥραν καὶ ἄσεσι, καὶ θερμαίνειν καὶ παμφάγε πυρὸς ἐχ οἷόν τε ἦν τὸν ζυμόν. ὀψὲ δὲ ὑπομαλάξασι τὸ πῦρ οἱ τῆς πόλεως, ῥείθροις χρυσοῖς ὥσπερ ἰσθμοὺς κήσαντες αὐτὸ τὸ ἀμίλικτον· μεγάλη γὰρ ἐτύγχανεν ἔσα ἡ ῥύμη καὶ πνεύματος, ὡς μικρᾶς δεῖν τῆς αἰθάλης μεγαλήψεσθαι ἅπαν τὸ πόλισμα. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν ἐνιαυτὸν πανλῖνός τις, ἀνὴρ τῶν οὐκ ἀσήμων τῆς

QVoniam verò, insignia quæque in medium afferre, historiæ scriptori propositum esse nôrunt omnes, agedum etiam tristissimum casum lætioribus intexamus. Vere se aperiente, in Foro, quod appellatur (est autem hic locus Constantinopoli nobilis) flamma furens vrbis elegantiam corripuit, nec ignis omnia consumentis rapida vis cohiberi potuit. ciues serò tandem flammâ velut aureo flumine mitigant, & rigorem eius implacabilitatemque quodammodò expugnant: sæuiebat quippe ventus, vt fauillæ tota propemodum vrbe volitarent. Eodem anno Paulinus quidam, ciuis haud obscurus, & doctrina liberali instructissimus, qui animam suam

πόλεως, πλήσης παιδείας μετειληφώς, ὅπι τὸ τῶν γοήτων βάραθρον τῷ ψυχλῷ κατωθήσας, καταφωρος γίνεται· ὁ δὲ τῆς ἐλέγξεως τρόπος τῶν παρασοξολογημένων λόγων καθέστηκεν ἴδιος. λέξω δὲ τέτον, πάνυ καθεστηκότα θαύματος ἄξιον. ἀργύρεος λεκανίς τις ὑπῆρχε τῷ γόητι, δι' ἧς τὰς τῶν αἱμάτων χύσεις σωήθροιζεν, ὁπόταν τῆς ἀποφατικαῖς προσομίλοι δαιμόσι. ταύτην τὴν λεκανίδα θαπωλεῖ ἄργυρον ἐμπορευομένοις ἀνδράσιν, οἱ μὲν ἂν ἔμποροι τὰς τῆς λεκανίδος ὕλας ἀποδόμενοι τῷ πωλήνῳ, μετακχωρεῖν ἐνεχείρουν τὸ σκεῦος, ἢ πρὸ τῶν θυρῶν ἑαυτῶν οἰκίσκῳ ταύτην προτίθεσαν, ἔξεσίαν διδόντες ὠνήσασθαι τῷ βελομένῳ πάντι. ἐδέησε πίνυ τὸν ἐπισκοπεῖα τὴν πόλιν ἡράκλειαν, ἣν πρόσθεν οἱ πάλαι ποτὲ κατωνόμαζον, κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἐς βυζάντιον θαπρεύειν. καὶ θεασάμενος πρὸς ἐκπάγλοις ἡρτημένην τὴν λεκανίδα τῷ γόητι, ταύτην ὠνεῖται προθύμως, καὶ ἀπεδημήσας ἄσε, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπάνεισιν. ἐπεὶ δὲ τὰ θεότευκτα μύρα γλυκερίας τῆς μάρτυρος χαλκῆ τῆς λεκανὶς ὑπεδέχετο, αἰδοῖ τε σεβάσματος ὁ ἱερεὺς ὑπαλλάττει τὰ σκεύη. καὶ τὴν μὲν χαλκῆν ἀφαιρεῖται τῆς ἱερωσύνης ἐκείνης λατρείας, τὴν δὲ ἀργυρᾶν δεξαμένην προεσήκατο τῶν θεορρήτων μύρων.

in barathrum præstigiarum, incantationumq; demersérat, deprehenditur, Modus quo sceleris huius compertus est, plurimum admirationis habet, quem exponemus. Erat venefico huic peluicula ex argento, ea hostiarum, quas dæmonibus sacrificabat, sanguinem excipere solebat, quoties eorum colloquio vti liberet. Hanc pretio vendit argentariis; emptam illi præ foribus domunculæ suæ venalem proponunt. Eo ipso tempore Antistiti Heracleæ (quæ olim dicta est Perinthus) Byzantij commorari necesse erat. Is venditionis causſa forte suspensam malefici peluim cõspicatus, eam percupidè mercatur, & ad sedem suam reuertitur. Quia verò diuinitus stillans vnguentum, siue oleum de ossibus S. Glyceriæ martyris ænea peluis etiamnum excipiebat, Episcopus rei tam venerandę reuerentia contactus, vascula cpmmutat, & à cultu sacratissimo ęneum remouens, argenteum cœlesti stillicidio supponit. Ex eo operum mirandorum riuus desinit; fons gratiæ euanescit: non prodit publicitus vim suam martyr; beneficium retrahit: donum aufert; sibiqúe legem indicit, propter detestandum excipulum vnguẽto in posterum non scaturire. Sanè quod purum est, non debet impurum contingere: vt aliquid externæ erudi-

ἐντεῦθεν ὁ ποταμὸς ἀποπαύεται τῶν ῥευμάτων, καὶ ἡ τῆς χάλκης πηγὴ κατακρύπτεται, ἡ ἡλικιάδου τὰς δυνάμεις ἡ μάρτυς, συστέλλει τὸ χάλκισμα, ἀφαιρεῖται τὸ δῶρημα, καὶ νομοθετεῖ, διὰ τὸ μῦσος μὴ πηγάζειν τὸ μύρον. τῷ ὄντι γὰρ τὸ καθαρὸν ἢ μὴ καθαρὸν ἡ ἡμῖς ἐφάψαθαι, ἵνα καί τι τοῦ ῥεύματος παιδείας πρόσφορος ἐνείρῃ τοῖς διηγήμασι. τότε δὴ ἀπὸ συχνὰς γιγνομένης ἡμέρας, καὶ τῆς συμφορᾶς ἀπίφανοῦς γιγνομένης τῇ πόλει, πρὸς πένθος ὁ ἱερὸς ἐτράπετο, ὀδύρεται τὸ πεπονθός, θρηνεῖ τῶν ῥευμάτων τὴν ἐγκατάλειψιν, ἀνακαλεῖται τὸ χάλκισμα, τὴν ζημίαν ἡ φέρει, τὴν αἰτίαν ἀπιζητεῖ, τὴν αἰσχύνην ἡ καρπεῖ, καὶ ὡς αὐτῷ ὁ βίος ἄβιος, χηρεύσης τῆς ἐκκλησίας τοῦ ῥεύματος. διὰ τοι τοῦτο νηστείαν, καὶ προσευχὰς καταβάλλονται, στρατεύονται δάκρυα, συμμαχοῦσιν οἱ συναγμοὶ, πανύχιοι δεήσεις ὁ πάλιζόντες, καὶ πάντα συνέρχονται, ὁπόσα δύνανται λύπην μεταβαλεῖν πρὸς τὸν ἔλεον. τοίνυν δὴ καὶ τὸ μῦσος ἀποσφαγὲν τοῦ καλῶς, καὶ τὴν ἄγνοιαν δικαίως οἰκτείραντος, γίνεται κατ' ὄναρ τῷ ἱεροποιῷ τὴν πόλιν κατάδηλα τὰ περὶ τὴν λεκάνην βδελύγματα. ὁ μὲν οὖν ἱερὸς ἐξεζήτει παράσημα τοῦ ἱεροῦ τὴν ὠνηθεῖσαν λεκάνην, καὶ ἐν μέσῳ τὴν χαλκῆν ἐγκάμενος, προτίθησι τῷ σεβάσματι, ὡς ἀγνὴν, ἐκ πεσσβύτιδα λάτριν, οἵα παρθένον τινα καὶ ἄχραντον βδελυρᾶς γοητείας. καὶ δὴ τὰ

eruditionis narrationi commodè interseram. Hoc cum diebus compluribus euenisset, calamitatemque rumor per ciuitatem dissipasset, Episcopus se se in luctum dat, & quod fiebat lamentatur: effectorum supra naturam interruptionem deplorat; donũ reposcit; detrimentum non sustinet; caussam indagat: dedecus indignatur: Ecclesiaque re tam admirabili viduata, vitam sibi vitalem non putat. Igitur ieiunia, & comprecationes instituuntur: profunduntur lacrymæ; ducũtur gemitus: totæ noctes in deo suppliciter rogitãdo ponuntur: cõiunguntur; omnia, quæ irã eius conuertere in misericordiã possunt. Cum itaq; Deus & execrandũ illud scelus iure auersaretur, & ignorantiã iustè miseraretur, Episcopũ de abominandis sacris in pelui illa factitatis per quietẽ monet. Ille nil moratus, peluim argenteam templo subducit, illatamque in medium æneam, perinde vt casam, & antiquam famulam, & virginem aliquam incorruptam pro execranda præstigiatrice venerabili monumento rursum subiicit. Statim sese miracula denuo effundunt, oleum depluit, beneficium scaturit, donum profluit, lacrymæ inhibentur, luctus præ-

ciditur, triſtitia fugatur, piaculumque deteſtabibile perinde vt in columna inciſum cognoſcitur ab omnibus, & peluis ænea poſtliminio gloriam ſuam recuperat. Paratus eſt enim Deus tribuere miſericordiam piè ſupplicantibus. Epiſcopus in vrbem imperialem reuerſus, venditoreque peluis illius ab argentariis exquiſito, & inuento, ad Ioannem Patriarcham adit: rem totam à capite arceſſens, ei commemorat. Patriarcha exclamare, indignum facinus, auresque auertere; è veſtigio in palatium abire, & ſibi cognita Imperatori nuntiare. Mauricius ad fontes capite puniendos aliquanto languidior erat, cum eos reſipiſcentia, quam ſupplicio ſanari æquius arbitraretur. Sed Patriarcha admouere ſtimulos, & libertate Apoſtolica poſtulare ad rogum, qui à fide defeciſſent: proferreque illam Pauli ſententiam ad verbum, *impoſsibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, qui guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutes q; ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimet ipſis filium Dei, & oſtentui ha-*

ἑαυτίκα ὀπιφαίνονται αὖθις τὰ θαύματα, καὶ καταμειξέλαι μύρον, βλύζει τὸ χάρισμα, πηγάζει τὸ δώρημα, τὸ δάκρυον ἐλλεται, τὸ πένθος ἐγκόπτεται, τὸ σκύθρωπὸν ἀφαλύεται, τὸ βδέλυγμα ἐηλιτεύεται, καὶ πάλιν τῷ ἑαυτῆς ἀειδάλλεται φόξαν. ἔπιμος γὰρ οἰκτειρῶσα θεὸς, εὐσεβῶς πεδεομένοις. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὀπὶ τὸ βασίλειον ἐλθὼν πόλισμα, τίς τε ὁ πεπεσακὼς τῷ λεκανίδα ὑπὸ τῶν ἐμπορευσαμένων μεμαθηκὼς, ὀπὶ τὸν ἱεράρχλω ἀφικόμενος ἰωαννίλω, πάντα τὰ συγκυρήσαντα ἀνατίθεται. ὁ μὲν οὖν ἰωάννης δεινοπαθήσας ὀπὶ τοῖς διηγήμασι, καὶ φέρειν οὐκ ἔχων τῷ ἀκοῷ, ἀθρόον φοιτᾷ πρὸς τὰ βασίλεια, τῷ τε αὐτοκράτορι τῶν ἱερηθέντων αὐτῷ μεταδίδωσι λόγος. ὁ μὲν οὖν μαυρίκιος νωθρότερον πως πρὸς τὸν φόνον τῶν ἠτυχηκότων ἐώρα. ἦν δὲ μείζω γὰρ μελαμέλῳ μᾶλλον, ἢ ζημία τοὺς παραπεπωκότας ἰάσασθαι. ὁ δὲ ἱεράρχης ὑπερασπίζει τῷ ἔνσασιν, ἀποστολικώτερον ἐπάγόμενος πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας τῆς πίστεως παραδόδοσθαι, ὀπὶ στόματος τὰ ξ πάλιν προφερόμενος ῥήματα, φάσκων ὀπὶ λέξεως ἔτως· ἀδύνατον τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυ-

τοῖς τὸν ὑὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδείγματα τίζοντας. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον πολλάκις ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας παρὰ τοῦ θεοῦ· ἐκφέρουσα δ' ἀκανθας, καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. γίνεται τοίνυν τὸ βασιλικὸν ἀδρανέστερον βούλημα, καὶ κρατεῖ ὁ ἰωάννης τοῖς λόγοις. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δικαστήριον συγκροτεῖται, καὶ οἱ γόητες ἀνετάζονται, καὶ καταδίκῃ ἀμεταπλάκητοι ἀφύκτῳ, τοῖς κόλασιν ἐξεδίδοντο. ὁ μὲν δὴ παυλῖνος ἀνασκολοπίζεται ξύλῳ στερρῷ, τῷ τοῖς τὸ ἄνωθεν κεχωσμένον ἀκρόρειαν, ἐνέρσῃ τε τούτῳ ἅμα τῷ φάρυγγι σὺν ἐν τῷ τραχήλῳ ζρονδύλοις ἀπαγχονιζόμενος ἀπεπνίγετο, ἕως τε τὸν ἀσεβῆ καπνοῦ ἀπέψατο βίον, τοῖς θεαμένοις τῷ ἀποπνιγῆ τοῦ παύλου. ἰὼ γὰρ μεταβολὴ τῷ ὑῷ τῆς βδελυρᾶς, καὶ ἀνοσίας τῶν γοήτων καὶ μαγγανείας.

tui habentes. Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima: cuius conſumatio in combuſtionem. Hac oratione Ioannes voluntatem Imperatoris inflexit. Die proximè ſequenti iudices coguntur; præſtigiatores legibus interrogati, ſententia irreuocabili ad pœnas deduntur. Paulinus in palum, ſeu ſtipitem robuſtum tollitur, cuius ſumma pars diffiſſa hiabat. In eum hiatum collo inſerto ſtrangulatus expirat. Sic ille vitam impiam finiuit, cum prius filio caput reſcindi aſpexiſſet; quem ſibi in nefariis, & impiis impoſturis, carminibuſque magicis diſcipulum atque ſocium aſciuerat.

CAPVT XII.

Aphumi castellum à Persis, Acbas à Romanis oppugnatur, & à Persis superuenientibus liberatur. Ingens terræmotus imperio Mauricij adhuc recenti, eiusdemq; consulatus, & in populum liberalitas. Ioannis ducis exauctoratio.

Ὁ δὲ τῆς μηδικῆς στρατιᾶς δυνάμεως τὸ ἀφέμων περικαθήμενον φρούριον, ἐπειρᾶτο ἑλεῖν. ὁ δὲ Ῥωμαϊκὸς ταξίαρχος τὸν πυθόμενος, ἦκε πλησίον τοῦ νυμφίου, καὶ τὸ ἀκβᾶς ἐπιχείρει αἱρήσειν. δύσληπτον δὲ τυγχάνει τὸ ὀχύρωμα, καὶ πρὸς πολιορκίαν ἀκαταγώνιστον. ἐπικάθηται δὲ τὸ φρούριον ἐπ' ὄρους αὐχένα, ἀμφοῖν δὲ τοῖν λαγόσιν ἐστὶν ἀμφίκρημνον. τὸ τε φρούριον τῷ μεγάλως κοιλαίνεται φάραγξιν, ὡς μίαν εἶναι λοιπὴν συμβαίνειν τὴν ἀπὸ μέτωπον εἴσοδον, τειχιζομένην στεγανῶν λίθων σωρήκαις. ἐπεὶ δὲ οὗτοι ἐν τῷ φρουρίῳ ὁ στρατηγὸς ἐπετίθετο, ἀπὸ τῶν στεφάνων δᾷδας φρυκτωρίας ἐξῆψαν οἱ πολιορκούμενοι, ὅπως παραδηλῶντες ὁ κίνδυνος τοῖς ἀμφὶ τὸν καρδαριγᾶν γλιχομένοις παρασήσασθαι τὸ ἀφέμων. πιαύτας γὰρ τοῖς δ' ἀκβᾶς σωρήκας ὁ τῶν περσῶν κατεκάλεσε στρατηγός. Τὸ δὲ περσικὸν ἀναλαμπάσης ἡμέρας ἀπὸ πρώτης ἕως συντεταγμένον τοῖς Ῥωμαίοις ἐφέρετο, τῶν τε ἵππων ἀποβαίνοντες τῆς μάχης ἀπήρχοντο. καὶ τῷ συνεχεῖ τῆς βολῆς οἱ βάρβαροι Ῥωμαίων ἐκράτησαν. συνέχεαν γὰρ τὰς ὄψεις ἀνιπάλλων ταῖς ἐκπομπαῖς τῶν βελῶν. τοξοφόρον γὰρ τὸ ἔθνος, καὶ δεινάμεις αὐτῷ τὸ κατάπτερον τοῦτο ἀκόντιον. τῶν δὲ Ῥωμαίων συγκεκλεισ-

CAEterùm Persarum ductor Aphumos castellum circumsidens, id expugnare incipiebat. Re comperta, Romanus dux Ioannes ad flumen Nymphiũ procedit, castellumque Acbas contrà recipere molitur: quod quidem quia naturà munitum, captu fuit difficile, & obsidione inexpugnabile. Situm est in iugo montis, ab vtroque latere præcipitium habet, & altis vallibus cingitur, vt vnicus à fronte ingressus sit reliquus, & is solido de lapide extructus. Vbi Romanus locum hunc adortus est, obiesi in pinnis murorum faces accendunt: significantes iis qui cum Cardarigano Aphumos premebant, quanto in discrimine versarentur. De huiusmodi namque signo cum Acbasianis Persarum duci conuenerat. Persæ die albescente, instructis ordinibus Romanis superueniunt, & ex equis se deiicientes, pugnam auspicantur, sagitta-

μένων ἔν τινι χώρῳ ὄρος, καὶ παραθλιβομένων ὥσπερ ὑποπιεζούσης αὐτὰς τῆς ὑπιθέσεως, πολλοὶ τῶν μαχίμων ἀφήλαντο ὑπὸ κρημνῶν καὶ ὑποβλέποντες πρὸς τὸν ποταμὸν τὸν νύμφιον. ὁ γὰρ ἀνεφίκτῳ βάθει ἀπηώρηκε ἡ καθάδυσις. ἔνιοι δὲ ἥλωσαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ὑπωρείας καὶ ὄρους τὴν κάθοδον ποιησάμενοι, ὑποδεξάντες τὸν κίνδυνον, ἐκ κατ' ἐλπίδας ἐσώζοντο, καὶ διαπεραιωθέντες τὸν νύμφιον ποταμὸν, εἰς τὸ Ρωμαϊκὸν στρατόπεδον σώζονται. καὶ δὴ διελευθόντων ἐνιαυτῷ, ἦρος ἀκμάζοντος, καὶ κατακοσμοῦντος τὴν γῆν, ἐν τῇ ἐγκυκλίῳ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρᾳ τῆς πόλεως (πρῶτον δὲ τοῦτο ἔτος τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορος) πάντα γῆς ἀνεφύτησε, καὶ μέγιστος σεισμὸς ἐνεδήμησεν, οἷα τῆς γῆς παρασκιρτώσης ἐκ πυθμένων αὐτῶν· τὸν δὲ λόγον ἐκδίδαξαι, τῷ γὰρ παρεληλύθη, οὐκ ὀλίγα ἄθλα φέρει τότε περιλοσόφηται, καὶ εἴτῳ λέγων πιθανὸς φανεῖται, ἐπαινείσθω τῆς εὐφυΐας. εἰ δὲ μὴ, τῷ γε πατρὶ ὑποπεμπέτω βεβαίωσιν τὸ δόγμα. πεντεκαίδεκα ἡμέρας κλινούσης, ἐδύνειτο τὸ κέντρον. καὶ ὁ φόβος ἐξάπτοντος ἰῶ, ὡς καὶ οὐ δυνάμενος ὑπομένειν τὰς δόξας ἀθρόον μεταπάλλεσθαι πρὸς τὸ ζῶφρον. δίκλω παίδων ἐν παιδιᾷ κύβων, ἀφικόμενος ἐξαπιναίως τῷ παιδοτρίβῃ,

gittarumque imbre cœli aſpectum adimentes, ſuperiores euadunt. Eſt nimirum gens ea arcui dedita, & iniaculis pennatis robur eius virtuſque conſiſtit. Romanis autem in montis parte concluſis, & coarctatis (vtpote vrgẽtibus aduerſariis) multi milites, quà mons Nymphium flumen reſpicit, quod minor ibi eſſet altitudo, præcipites deſiliebant. Alij à barbaris capiebantur. Aſt qui ad crepidinem montis ſe præcipitauerant, vitato periculo, ſalui (quod non ſperarant) traiecto fluuio, ad Romanum agmen ſeſe recipiebãt. Anno hoc elapſo, verna tempeſtate iam procedente, & humum gramine, arbores frondibus induente, encœniorum, ſeu dedicatæ vrbis anniuerſario die, primo adhuc anno poſtquam Mauricius iniuit, paſſa tellus quod ſolet, concuſſu atrociſsimo, velutiſi ab imis ſedibus exiliret, Conſtantinopoli quaſſata eſt. Cauſſam adducere nihil attinet, cum de ea Stagirites pluribus philoſophatus ſit. Quæ ſi cui probabuntur, auctoris ingenium commendet: ſin autem, ea dogmata ſuo ſibi parenti placere ſinat. Igitur ſole occumbente, ipſum centrum, ſeu media terræ concutiuntur, & immenſus timor animos peruadit; vt etiam qui equarum in morem libidinum furiis agitarentur, icti metu, repente

τό τε παραπέτασμα, τὸ πρὸ τῆ γυμνασίᾳ τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων (ὃ δὴ σύμβημα τῆς ἱλαρίας ἐτύγχανεν ὄν) προαιρεῖται διὰ τὸν ἀδόκητον κίνδυνον. ἅπαντάς τε συνέβαινε πρὸς οὖν ἱερὰς σκηνὰς ἐντρομίζεσθαι, ὀρρωδοῦντας τὸν θάνατον. Δεύτερον ἔτος τῆς μαυρικίου ἡγεμονίας, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ χειμῶνος ὥρᾳ ὑπατος ἀναγορεύεται· καὶ πελθὰς τὸν βασίλειον δίφρον, ἐπιφανέστατος ἦν. ἦγον τὸν βασιλέα οὐχ ἵπποι, οὐχ ἡμίονες, οὐκ ἐλέφαντες· ἄνθρωποι δ' ἄρα τὸ τιμιώτατον χρῆμα καὶ ὄνομα. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη ὁ δίφρου, κοινωνὸν τῶν ἑαυτοῦ θησαυρῶν τὸν ἰωάννην ἐποιήσατο. οἱ δὲ τοῦ ἀστέος τῆς βασιλικῆς εὐδαιμονίας μετειληφότες, κατεκελάδων ὕμνοις τὸν καισαρα χρυσῆς ἑορτῆς οἷα καταλαμπόμενοι καὶ θειαννόμενοι αὐτοῦ. τῷ δ' ἐνιαυτῷ τούτῳ ἐνιαυτῷ, ὁ μὲν ἰωάννης τὰς ἡνίας τῆς στρατηγίας ἀφῆκε, οἷα τοῦ περσικοῦ ἀναπαγωνίσματος καθεστῶτος, καὶ πρέπον κρίνοντος τὸν πόλεμον κληρωσαμένου ὁπλίτου.

ad pudicitiam se se darent. Non secus quam à pueris in ludo tesserarum, pædotriba nec opinato interueniente, ante equestria certamina parapetasma seu velum (hilaritatis eorum signum) propter inexspectatum periculum aufertur. Et impendentis formidine exitij templa vniuersi concursabant. Agebatur annus Mauricij secundus, cum hyeme consul creatus, conscenso curru imperatorio, summè conspicuus erat: quem non equi, non muli, sed homines (res, & nomen honoratissimum) trahebant. Curru conscenso, ciuibus amplissimũ congiarium dedit; qua de caussa illum laudibus extulerant, vt si dies festus aureus illuxisset, eosque lætitia perfudisset. Hoc anno ingrediente, Ioannes ducis loco mouetur, vt qui Persis, quanquam in maiore belligerandi commoditate, nesciret resistere.

CAPVT XIII.

Philippicus Imp. sororius Prætor orientis decernitur. Eius expeditiones. E Persidereduntes Romani, via aberrant, & extrema siti cruciantur. Captiuos vtriusque sexus interficiunt. Pueri seruati, moriuntur siti.

Φιλιππικὸς δὲ αὐτανίστατο, καὶ στρατηγὸς ἀναγορεύεται ὑπὸ τῶ αὐτοκράτορος, ἀνὴρ δεξιὸς, ἐ βασιλικῆς συγγενείας ἐγγύτατος· γαμέτης γὰρ ἐτύγχανεν ὢν γορδίας ἀδελφῆς τῶ αὐτοκράτορος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς μετὰ τὴν χειροτονίαν ὑπὸ τὸ μονόκαρτον γιόμενος, τῶ αἴσιμα ὄρυς πλησίον ἔτω λεγομένυ, χάραξα διεγράψατο, καὶ ἄνδρας ὑπὸ στρατείαν ἐνήθροιζε. μετοπώρυ τε ἀρχομένυ, παρὰ τὸν τίγρι ἀυλίζεται. καὶ πλείοσις χρησάμενος χάραξιν, ἦκεν εἰς χῶρον καρχαρωμὰν ὀνομαζόμενον, κακεῖ πως ἐνδιατρίψας, ἐπύθετο καρδαιγὰν τῶ ὄρυς τῶ ἰζαλὰ ὑπιδήσεσθαι μέλλειν, διὸ τ' ἔχυς ρωμάτων τῶν μηδικαιρεί. διά τοι τῶτο ἀπῆρε τῶν ἐνπυθεν ὁ στρατηγὸς, ἐ παλίω προσωμίλησε γιτνιῶνι τῇ νισίβει. καὶ στρατοπεδεύσας ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ἀθρόον κατῆρε τῆς περσίδος, καὶ πλείσης λείας ἐκράτησεν. ὁ μετὰ πολὺ δὲ γηπόνος ἀνὴρ τὸν Ρωμαϊκὸν ἔφοδον τῷ καρδαιγὰν ἐπεδήλωσεν· ἃ δ' εἶπεν, ἐκεῖνά ἐστιν. αὐτὸν μὲν ἀλάσθαι τοῖς ὄρεσιν κενοῖς ἐλπίσι φερόμενον, τὸ δὲ Ρωμαϊκὸν τὸν μηδικὸν διατέμνεσθαι χώραν. εἰς τὰ πίσω τοίνυν τῶ καρδαιγὰν γιομένου, καί πως ἔνεδραν ἐγκαθίσαι τῷ Ρωμαϊκῷ πρωμένυ, ὁ στρατηγὸς τὰς δυνάμεις

IN eius locum Philippicus orientalium dux militum sublegitur, vir dexter, Imperatoriáque, cuius sororem Gordiam habebat in matrimonio, necessitudine proximus. Qui post adeptam dignitatem Monocartum, iuxta montem Aïsumam profectus, castris locum describit, & delectum agit. Auctumno primo apud Tigrim statiua habet, multisque castris inde in locum Carcharomanum appellatum peruenit; vbi aliquamdiu subsistenti affertur, Cardariganum Izalam montem, propter Maiacariri arcē, seu castellum velle conscendere. Quare inde mouens, campos Nisibi vicinos tenet, locoq; præcelso tendens, crebrius in agrum Persicum descendit, ac prædam plurimam facit. Non diu post colonus quidam infestum Romanorum aduentum Cardarigano indicans, adiecit, ipsum quidem per montes vagari, vana spe confisum; Romanos interea Persidem hostiliter depopulari. Cardarigano retrocedente, Romanisq; insidias moliente, Philippicus collectis co-

ζωέλεξε, καὶ πρὸς τὸ ὄρος τὸ Ἰζαλὰ στρατοπεδεύεται, ἅτε δὴ τῶν τόπων ἀσηλίαν παρεχομένων τοῖς ἐπιβαίνουσι τὴν τελείαν, ἐπιφέρεται προμηθεστέρᾳ φορᾷ. μετὰ τοῦτο ἦλθεν, ἐπὶ τὸν Νύμφιον ποταμόν, ἐκ ἀδόξα τὰ προαύλια ἡγεμονίας ἀπενεγκάμενος. πάλιν δ' αὖ φιλιπποικὸς προσβάλλει τῇ μηδικῇ χώρᾳ ἐθαῤῥησε, καὶ τὰ ὑπὸ τὸ Βεαρβαὶς Ἀραβεμνεπ. τὸ δὲ Περσικὸν, ἐπεὶ τούτων ἀκήκοεν, ἐπιτείνει ἵππον τοῦτο, καὶ διόλωλε τὴν ἵππου πλείστην ἀπόμοιραν. Τὰς δὴ Ρωμαίους λόγος τὴν ἀφίξεως τῶν βαρβάρων τὴν ζωπονίαν θαυμάσαντας, τὴν μηδικὴν χώραν ὑπεξελθεῖν, ἵνα τὰ πάντα διαιρεθέντες σωζίγματος. Οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν στρατηγὸν, ἦκον ἐπὶ τὸ σισαρβαίων, ἅπερ ἐπὶ τὸ ῥαβδίος. ὁ δὴ ἕτερος ἀποδασμὸς ἀποπλανηθεὶς, τὴν ἐπὶ Θεοδοσίου πόλιν ὁδὸν ἄλλως ἐπενεῖτο. ἡ δὲ γῆ ἐκείνη, ἀνυδρός τε καὶ κάτω χμος, ἄρχι τοῦ ἀβόρα ποταμοῦ λεγομένου. ξυμπίπτει γὰρ τοῖς Ρωμαίοις ἀπαρηγόρητος κίνδυνος. χρηδοῦσι γὰρ ὑδάτων ἐς τὸ καρτερὸν, ὅ, τι αὖ ἤροιτο στρατιᾷ χαλεπώτερον· καὶ μέν τοι ὠμοδάτου καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀποχειδιάζουσι ψῆφον, καὶ πάντας ἀνεῖλον ἄῤῥενάς τε καὶ ἡλικίας. τὰς δὲ παῖδας διέσωζον, τὸ ἄωρον τῆς ἡλικίας οἰκτείροντες. ὅμως μετ' ὀλίγον καὶ ἐκείνοις ἡ τῶν ὑδάτων διεχρήσατο ἀπάνις. Ρωμαῖοι δὲ μεγάλοις συμπεπωκότες κακοῖς, τῆς Θεοδοσίου πόλεως ἐπιβαίνουσιν.

piis ad Izalam montem castrametatur: & quod illa loca accedentes securissimos redderent, velut asylum quoddam perfectũ, tutissimæ custodiæ sese credit. Posthæc ad Nymphium flumen, cum non indecoris muneris sui proœmiis, & quasi præludiis accedit, rursumque in Persidem irruptionẽ facere, & agrum Bearbaëssium deuastare audet. Quod vbi senserunt Persæ, cum equitatu in illum contendunt, cuius pars maxima periit. Romanos festinatum barbarorum aduentum admiratos, Perside excessisse narrant, toto exercitu bifariam diuiso. Qui cum duce erãt, Sisarbanum, inde in Rhabdios regionem veniunt. Pars altera cum itinere aberrasset, versus Theodosiopolim ambulando, frustra se fatigabat. Ferunt, tellurem illam, vsque ad Aboram flumen æstuosam esse, & aquis defici; vnde Romanis creatum periculum inconsolabile. Quid enim exercitui aquarũ extrema penuria contingere possit exitiosius? Nihilominus crudelissimam statim in captiuos sententiam ferunt, & omnes mares fœminasq; contrucidant: pueros, teneram ætatem miserati reseruant. Veruntamen non multo post illos quoq; sitis magnitudo confecit. Romani insignibus exerciti calamitatibus, Theodosiopolim deueniunt.

CAPVT

CAPVT XIV.

Philippicus Arzanenam regionem suis diripiendam permittit. Ab imitatione Scipionis Romani commendatur. Aegrotat. Cardariganus Monocartum frustra inuadit: latrociniis & incendiis grassatur. Philippicus Byzantium redit: inde rursum veris initio discedit.

Ὁ δὲ Φιλιππικὸς μεγαλοφρόνως εἰς τὸν ὑπόντα ἐνιαυτὸν τῇ Ἀρζανηνῇ χώρᾳ τὸ δόρυ ἐμπέπηχε, καὶ λαμπρὰν, καὶ ἀξιολογωτάτην λείαν ἐζωγρησε. Φήμη δέ τις διέρρει, ὡς ὁ στρατηγὸς φιλομαθέστατος ὢν, καὶ πολεμικὰς ὑποθήκας ἐκ τῶν πάλαι σοφῶν ἀρυσάμενος, ἐκ τῆς σκιπίωνος τὰ ἡγεμονικώτατα ἀγχινοίας τινὰ ἐντρέχειαν ταύτην τῆς σοφῆς στρατηγείας ἐβιβάλετο. ὡς γὰρ εἱ τὰς ἰσοτελίας καθάπερ ἀγάλματα θεία τινα τῷ τε μένει τῆς μνήμης γραφῇ παραδρύσαντες διελέχθησαν, τὰ ἀνίβα, ἐκ χαρχηδονίων στρατηγὰ τὴν ἀνὰ τὴν ἑυρωπην Ρωμαίων διατέμνοντος τὴν γῆν, σκιπίων ὁ πρεσβύτερος, τὸν οἰκεῖον πόλεμον τῇ ἀναβολῇ ἀναθεὶς, τῇ καρχηδονίων χώρᾳ προσπολέμησε, καὶ ἐς μέγα κακὸν ἐλήλακε τὸ πολέμιον. τὸν δ' ἀνίβαν τὰς καρχηδονίων τύχας ἀκηκοότα, ἐς τ' ἑαυτὸ ἐπαναζεῦξαι, τὰς μεταβολὰς τ' πραγμάτων ἐκ τῶν εἰς αὐτὸν ξυμβεβηκότων δεινῶν παιδευόμενον. καὶ ἔτ' ἐδόκει ὁ προὸς φιλιππικὸν εἶναι λόγος παρεμπλεκὼς οὐκ ἀπὸ σκοπῆς γέγονεν αὐτῷ ἡ βουλή. ἔτυχε δὲ τὸν στρατηγὸν κάμνον τὸ σῶμα μεγίστῃ νοσήματος αὐτῇ

PHilippicus excelso animo anno deinceps sequenti Arzanenę regioni arma intulit, opulentamque, & ad memoriam insignem prædam abstulit. Fama tenuit, ducem hunc discendi cupidissimum, artes bellicas ex veterum scriptorum monumentis hausisse, & ex sollertia P. Scipionis, belli ducis omnium prestantissimi hanc sibi sapienter regēdi exercitus industriam comparasse. Nam vt tradiderunt, qui historias scribendo, in mentibus nostris tanquam diuina quędam simulacra in sacris ædibus collocarunt, Scipio, is, qui primus Africanus est appellatus, bello cū Pœnis in Italia intermisso, Carthaginensium fines inuasit: nec qualibuscunque cladibus hostes mactauit. Annibalem vbi de afflictis patriæ fortunis audisset, domum reuertisse, atque ita rerum mutabilitatem è suis casibus didicisse. Hæc de Philippico omnium iactata sermonibus, iis respondere videbantur, quæ de Scipione annalium monumentis commendata leguntur. Sed enim non processit consilium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Morbo

ἐνοκήψαντος. διὸ δὴ τὴν μαρτυρόπολιν ἀφικνεῖται, ἐπιτρέψας τὸ στράτευμα Στεφάνῳ τῷ ταγματάρχῃ. ὑπαπτήσας δ' ἔτος ἐγεγίνη Τιβεριάδι τῇ αὐτοκράτορι, πάντα ἀψίκτον τῶν ὅλων ὑποστράτηγον ἐχειροτόνησε ταξεων. ἕτω μὲν ἓν ὁ στρατηγὸς ὑπὸ τῆς νόσου ἀπομαχθεὶς. ὁ δὲ καρδαριγανὸς ἐπὶ τὴν ὅλην ἀναλαβόμενος δύναμιν, τῇ ἔναγχος Τιβεριάδι πόλει προσορμισθεὶς προσέβαλλεν, ἣν ἰδίως μονόκαρτον πάλαι ὠνόμαζον. ταύτης ὁ στρατηγὸς τῷ παρῳχηκότι ἐνιαυτῷ ἐγηγερκότα τὰ τείχη ἀνέῤῥωσε, καὶ προμηθεία τῶν μέλλοντος ὠχύρωσε. Ἐπιὼν δὲ τῷ πολίσματι ὁ Περσῶν στρατηγὸς, οὐκ οἶός τε ἦν παρασῆσαι τάφρῳ τάχος. τριχάρη γὰρ εἰσήῤῥησεν ἐπὶ τὰ πρόσταλα τῆς μαρτυροπόλεως, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν προφήτην καπνεπέμπρα νεών, ὡς ἀπὸ σημείων δυοκαίδεκα ὄντα τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἐπ' ἐλαίου κρόταφον. ἔνθα δὴ καὶ Φρονιστήριον ἐτύγχανεν ὄν, ἀνδρῶν φιλοσόφων τὸν βίον. μοναχοὶ γὰρ ἄρα ἔτι καλοῦνται), οἷς ἔργον προεκδημῆσαι τοῦ σώματος, καὶ ζῶντας τεθνάναι, καὶ ζῶντι μανιάδι τινὶ μεταβιοῦσι πρὸς τὰ κρείττονα. ἀνέσπασε δὲ καὶ τὸ ἐκβάθρον ὁ βάρβαρος. τῇ δ' ὑπαύσῃ ἄρας ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὸν ζορβαδὸν χωρίον ἐφοίτησε, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διεταξατο μηδαμῶς τὸ χάραγος ἀπολείπειν. ὀγδόῃ δ' ἡμέρᾳ ἐς τὰ οἴκοι κατῆρεν. ἐδόκει δὲ καὶ αὐτὸς ληστρικώτερον τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπιέσθαι, καὶ

Morbo quippe correptus difficillimo, Stephano Tribuno, Tiberij Augusti quondam satelliti copias committit, Apsichum Hunnum totius exercitus hypostrategum, seu minorem ducem, Legatúmue instituit, & Martyropolim concedit. Sic Philippicus aduersa valetudine compulsus, ab armis se remouit. Cardariganus cum copiis quantæ erant, Tiberiopolim nuper olim Monocartum appellatam aggreditur: cuius mœnia vetustate ruinosa Philippicus anno præterito instaurauerat, futuriqué prouidus, eam communiuerat. Persa, quòd vrbem subigere nequiret, in vicina Martyropolis irruens, Ioannis Prophetæ ac Præcursoris ędem, ab oppido versus occasum duodecimo lapide distantem incendit, & quod ibi erat phrontisterium, virorum in vita sanctè agunda philosophantium (qui monachi dicuntur, quorum opus & labor est, ante tempus secedere à corpore, & adhuc viuentes emori; & sobria quadam insania ad meliora eniti) hoc, inquam, phrontisterium barbarus etiam ab imo euertit. Sequenti lumine inde proficiscens, zorbandum oppidulum attigit, suisque edixit, ne vllo modo à castris abessent. Octauo die domũ aduenit, apparebatque maioribus latrociniis Romanos inua-

surum,

τὴν αὐτ῀ Ρωμαίοις ἀπενέγκασθαι δόξαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τ῀ νόσου ἀπήλλακτο, ἔτ῀ χάραξ διελύσατο. χειμῶνος γὰρ ὥρα ἤδη τ῀ παρεφαίνετο. καὶ τὸν βασιλέα ἀσπασόμενος, ἐς Βυζάντιον ἦκεν. ἦρος δὲ παραγίγνοντος, καὶ ἀλέας ἐπιφοιτώσης τῇ γῇ, φιλίππικὸς τῆς βασιλίδος ἐξεδήμησε πόλεως.

surum, eorumque gloriæ parem relaturum. Philippicus è morbo recreatus, militibus hyeme iam appetente missionem dedit, Imperatoremque salutaturus, Byzantium venit; ac vere postea incipiente, & tepore suo aruorum sinus laxante, denuo ex vrbe imperante discessit.

CAPVT XV.

Persarum ad Romanos de bello finiendo legatio. Mebodi Legati oratio, Locus communis contra bellum. Romanorum recusatio, & ad confligendum cum Persis promptissima voluntas.

ΕΠεὶ δὲ τῆς ἀμιδηνῆς ἐπέβη, πρεσβεύουσι πέρσαι ἐνδόξως πως καταδήσαντ῀ πόλεμον. σφοδρότατον γὰρ Ρωμαίοις χρήμασι τὰς σπονδὰς ζεύξασθαι, μεβόδιν τ῀ σατράπην, ὡς τὸν στρατηγὸν δορυφορήσαντες. καὶ ἔνθ῀ ἦκε μεβόδης ὁ πέρσης παρὰ τοὺς Ρωμαίους. καὶ ὁ στρατηγὸς ἐκκλησίαν ἐκάθισεν, ὡς ἑαυτὸν συγκαλεσάμενος τοὺς ταγματάρχας, καὶ λοχαγούς, καὶ ἱππάρχους, καὶ τῆς μαχίμου δυνάμεως τὸ ἐμφανέστερον. ὁπηνίκα δὴ ὁ σύλλογος ἐπεπλήρωτο, ὁ πέρσης τῶν αὐτῶν λόγων ἀπήρξατο.

VBI Amidam intrauit, Persæ pro bello consopiendo, & fœdere pecunia à se redimendo ornatissimam ad Romanos legationem mittunt. Mittunt autem Mebodum Satrapam. Dux Romanus coactis ordinum Præfectis, centurionibus, satellitibus, & quicquid erat in exercitu illustrius, consessum celebrat. Pleno iam conuentu Persa super iis rebus ita exorsus est.

Ἄνδρες πολέμιοι, μὴ ταραττέτω ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντας τ῀ πρεσβυτ῀ τὸ σφέτερον οἰμῶον· εἰ γὰρ τὰς γνώμας ἀμείψητε, μεταλλάξω κἀγὼ τὴν σφετέραν φωνήν. ὁπλίσασθε νῦν εἰρήνην, ὑποχειρονήσαντες τὸν πόλεμον. δόρυ καὶ ξίφος, ὡς γεγηρακότα χαιρέτωσαν. σάλπιγγα, πρᾶον ὁμοῦ καὶ πολεμικὸν ἀνελαλοῦσαν τερέτισμα. ὁ

Viri hostes (ne vos, quæso, conturbet hoc orationis meæ initium: nam si vos sententiam, ego appellationem facilè mutabo) pacem colite, bellū tollite. Gladius & hasta velut senio confecta valeant. Fistula in posterum, leue & pastoritium sonate ludicrum, militate. Persarum rex pacis est amans, & se priorem bello nun-

„ περσῶν βασιλεὺς τῆς εἰρήνης ἐστὶν ἐ-
„ ραστὴς, καὶ ζημιώσεται ἀπικδυόμε-
„ νος πρῶτος τὸν πόλεμον. βασιλι-
„ κὸν γὰρ ἡ τῆς εἰρήνης ἀρέσκεια, ὡς ἐ
„ τυράννων ἴδιον τὸ φιλονεικεῖν. ἄνδρες
„ τῶν αὐτῶν παθημάτων ἡμῖν κοινωνοὶ,
„ μεινάτω τῶν πάντων ὁ πόλεμος μό-
„ νος ἀκήρατος. αἵματι τὴν γῆν ἐ-
„ πάναμεν, πολλάκις τὸν θάνατον ἴσο-
„ ρήσαμεν. ζωγράφος γὰρ τοῦ θανάτου
„ ὁ πόλεμος ἐγὼ δὲ φημι καὶ ἀρχέ-
„ τυπος. καὶ τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν
„ ἀρχηγέτης, καὶ διδάσκαλος ἀυτο-
„ δίδακτος. χρημάτων ἐρᾷ τις; ἀλλὰ
„ πολλοῦ καὶ πενία γεγόναμεν παίγνιον,
„ ποτὲ κρατοῦντες, ποτὲ δὲ κρατούμενοι
„ καὶ ζυμμεταβαλλόμενοι ταῖς τοῦ πο-
„ λέμου τροπαῖς, ἄϊδιον ὥσπερ τὴν με-
„ ταβολὴν σκαρπούμεθα. σκόμα τις
„ τῶν ἀρίστων χρυσῶ; μετὰ τῆς ἡδονῆς
„ τὴν ἀπιστίαν σκέπτετο. ἵ γὰρ ἀπιστό-
„ τερον ἐν πολέμῳ χρημάτων, ἀμέσως
„ μεταφερομένων ἐπ' ἄλλον, καὶ πάλιν ἐξ
„ ἐκείνου εἰς ἕτερον, ὡς ἐγρηγορότα βλέ-
„ πῃ ἐνύπνιον τὸν κεκτημένον, ἢ τῇ ὑστε-
„ ραία τῆς ἔναγχος μεμνῆσθαι κραι-
„ πάλης; ὑμεῖς ὦ Ρωμαῖοι, πάλαι τὴν
„ παῤῥησίαν τῷ πολέμῳ διελώκατε.
„ ὑμεῖς καὶ τῆς εἰρήνης γίνεσθε μαθη-
„ τὴς ἀπικηρυκευομένων περσῶν τ' φι-
„ λόδακρυν ἀποστέλλεσθε πόλεμον. οἷς
„ γὰρ τῆς ἁμαρτίας ἡ ἔναρξις, τούτοις
„ καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ὁ μεταμέλος
„ ἐστιν ἁρμόδιος. μὴ γένεσθω θρᾴσος
„ ὑμῖν παῦτα τὰ φιλανθρωπα ῥήμα-

tium remittere, gloriæ sibi ducit. Regia enim res est pacis studium: contrà, res tyrannica certamen & discordia. Viri, iisdem quibus nos affectionibus obnoxij, tollatur bellum, quod solum natura sua est insatiabile. Sanguine campos pinguefecimus, mortem sæpe vidimus: pictura enim mortis, bellum est. Ego verò etiam archetypon dixerim, humanarumque miseriarum auctorem, & magistrum sine magistro. Pecuniam quis amat? atqui diuitiis, & paupertati bello ludibrium euadimus, aliâs victores, aliâs victi: & vnà cum eius mutabilitate mutati, perpetuam quodammodo mutationem perpetimur. Potentiorum quispiam auri copia sibi plaudit? habet cũ voluptate simul diffidentiæ materiam. Quid enim belli tempore magis infidum pecunia? Citra discrimen ad alium, iterumque ab illo ad alium transfertur, vt possessor eius vigilans somniet: aut tanquam hesternæ crapulæ recordetur. Vos Romani pridem bello licentiam, occasionemque dedistis: iidem nunc discipuli pacis estote, Persis eam docentibus, ac promulgantibus. Bellum lachrymarum seminarium auersamini. A quibus enim peccandi factum est initium, hos quoque pœnitere conuenit. Ne verba isthæc humanitate condita confidẽtiam vobis pariant. Nec enim

Persa-

πα. ἐγγὺς γὰρ ἐβδόμης γενομένης ὁ περσῶν βασιλεὺς χθές που καὶ τρίτην, ὅτε τῆς μηδικῆς τὸ Ρωμαϊκὸν κατετόλμησε γῆς, τὴν Ζυμπλοκὴν ἀπαναίνεται. χρυσῷ γὰρ πολλῷ, καὶ δώροις λαμπροῖς πρίασθαι Ρωμαίους τὰς σπονδὰς ἐγκελεύεται. ἐ γὰρ νηπίοις καθήκειν σὺν ἡμαρτηκόσι δίκης τὸν πόλεμον. ἱκανὴ γὰρ ἡ ἔκλυσις καὶ περσικὸν κατηυάσαι θυμὸν, καὶ θράσος βαρβαρικὸν Ρωμαίων πολεμικῆς ὀρεχόμενον ζάλης.

Ἔτι τούτου παρατείνοντος τὸν λόγον τῆς πρέσβεως, Ρωμαῖοι καταχειροτόνουν ζυμβάντος, καὶ βαρυαχὴν τῆς βοῆς ἐνεποίουν, ὥσπερ δεινοπαθοῦντες ὅτι τοῖς ῥήμασι τὸ βαρβάρῳ τὸ πέρσῃ. ἐδόκουν γὰρ καὶ Ρωμαῖοι μεγαλαυχεῖν ὅτι τοῖς ἔναγχος γεγονόσιν. ὡς εἰσέβλυσαν εἰς τὴν περσῶν πολιτείαν. ὡς λείας ἐκράτησαν. ὡς τὸν καρδαριχὸν ἐφενάκισαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τὴν ἐκκλησίαν διέλυσε, καὶ ὁ πέρσης σὺν ἐπῄνησε τέλος τοῖς ῥήμασιν. ὀλίγαι τοίνυν ἡμέραι διῳχήκασι, καὶ ὁ τῆς νισίβιδος τῆς ἱερατικῆς πολλάκις λιμῆς, ὡς τὸν στρατηγὸν ἀφικνεῖσθαι, τὰ αὐτὰ τῷ μεβόδῃ ῥήματα εἰς μέσον τεθέμενος. τὴν τίμιον καὶ πιμαροῦν ὁ στρατηγὸς τὰς περσῶν λόγους δι' ὑποτολέως ἐς βασιλέα παρέπεμψε. βασιλεὺς δὲ τὰς τοῦ στρατηγοῦ ἱερὰς κεραίας, βασιλικοῖς παρευτίκα ἀνεῖλε προστάγμασι, τὸν φιλιππικὸν ἐγκελευόμενος τὰς αἰσχίστας τούτους σπονδὰς ὑποπέμ-

Persarum rex heri & nudius tertius, cum Romani Persidem confidentius incursarent, perquam meticulosus effectus, prælia detrectat. Tantum abest à timore, vt auro multo, donisque insignibus ad fœdus ab se emendum vos hortetur. Non enim debent gratis bello solui, qui peccauerunt. Potest autem ista auri persolutio placare etiam iracũdiam Persicam, insolentiamque Romanorũ cantus Martij cupidam comprimere.

Cum Legatus vltra proueheretur, Romani cõsensu abnuunt, sibilis perstrepũt: & quasi barbari vocibus graui iniuria læsi, confusè clamorem tollunt. Statuebant enim, sibi quoq; sua iactare licere, quę ab initio patrauissent: quod in Persarum fines irrupissent: quòd eos deprædati essent: quòd Cardariganum ludos fecissent. Philippicus igitur conuentum dimisit, Persa interim non tacente. Pauci interfluxerunt dies, cum Nisibis Episcopus ad ducem Romanum accedens, eadem quæ Mebodus differt Tum Philippicus verba Persæ literis consignata, ad Imperatorem perferenda curat. Quibus lectis Imperator confestim respondet, iubetque, vti huiusmodi fœdus turpissimum, Romana

πεσθαι, ὡς ἀποδούσας Ρωμαϊκῆς μεγαλειότητος. καὶ μέντοι ὁ στρατηγὸς τὰς αὐτοκρατορικὰς ἐλέτας συνεπιβοήσας, ὅπη τὸν μαμβρεωνᾶν στρατοπεδεύεται. ἔτω μὲν οὖν ἐσφέρεται ὁ πόλεμος. ὁ δὲ στρατάρχης ζωαγείας τὸ ὠφελιμαῖον, ἐπιθυμοῦντο εἰ τὰς ψυχὰς ἀρρενικῷ ζήλῳ ἔρωτι ὅπιπθεισμένας ὅπι φέροντα πρὸς παράταξιν· ἐπεὶ δὲ κατέδυσαν αἱ δυνάμεις, ζωθήκας τε ἔρκων τὰς ἐλπίδας ἐκύρωσε, μεταστὰς ἐντεῦθεν ὁ στρατηγὸς, ὅπη τὸ Βίβας παραγίνεται, ἔνθα ὁ ποταμὸς παραῤῥεῖ τοῦ ἀρζάμων.

maiestatem alienum respuat. Accepta hac epistola, Philippicus Mambrathonem ducit. Sic igitur bellum denuo tumescere. Cum aduocata militum concione quæreret, ecquid desiderio quodam masculo diuinitus perciti, ad pugnam anhelarent; illis annuentibus, & iureiurando spem eius confirmantibus, mouens inde, Bibas, vbi Arzamon fluuius præterlabitur, iter contulit.

FINIS LIBRI PRIMI.

HISTORIAE MAVRICIANÆ

LIBER SECVNDVS.

PHOTII CONSTANTINOPOLITANI IN EVNDEM LIBRVM

SYNOPSIS, SIVE SVMMA.

MONS Izala. Cardarigani Persarum ducis arrogantia. Romanorum cum Persis apud Arzamonem fluuium congressus. Philippicus imaginem non manu factam portans, circumeundo exercitum sanctificat, & Romani victoria clarissima potiuntur. Eadem imago ad Simeonem Amidæ Antistitem transmittitur. Barbarorum spolia Romani legunt. Cardariganus Daram confugiens, vt victus oppido à Darenis excluditur. Romani militis, è cohorte Quartopartorum (sic enim nominantur, qui Berrhœæ in vrbe Syriæ cõmorantur) corpus vulneratum. In regionem Arzanenen Romanorum expeditio. Maruthas, & Iobius duces eius ad Philippicum transfugiunt. Cardarigas belli rudes ad Romanos circumueniendos conscribit. Heraclius Heraclij Aug. pater à Philippico hostes exploratum missus, mirabiliter seruatur. De Zaberta Persa. Romani à castello Chlomaro obsidionem abstinent. Philippici repentina, & absurda fuga. In Romano exercitu trepidatio ac tumultus. Philippici inualetudo. Heraclius Heraclij parens ducis munus capessit. Romanorum Hypostrategus, siue subimperator, siue minor dux Persas ad meridiem incursat. Tempestate verna Romani in Persidem irrumpunt. Comentiolus in Abaros mo-

uet, Hypoſtrategos habens Martinum, & Caſtum, qui præclarum nomen adipiſcuntur. Capitur Caſtus. Anſimuthum peditatus Romani ducem Abares captiuum faciunt: ſuperiorem Thraciam populantur. Comentioli deliberatio, ecquid Abares inuadendi ſint. In vtramque partem diſſeritur. Clamor miſſus, auſa Comentioli inania reddidit. De Buſa milite, quomodo per venatum in manus Abarum venerit, & à ciuibus ſuis neglectus, ea de cauſſa primus Abaros inſtrumenta, machinasq; oppugnatorias fabricare docuerit. Chaganus Beroën obſidens, propoſito excidit. Idem Diocletianopolim oppugnare incaſſum inſtituit; & à Philippopoli atque Adrianopoli repellitur. Mauricius Imperator à plebe Byzantina propter Caſtum, & Anſimuthum duces captos conuitiis inceſſitur. Ioannem, cognomento Myſtaconem cum Hypoſtratego Droctone mittit, cuius virtute Adrianopolim ab obſidione Abarum, pugnata cum illis pugna vindicat, Heraclius caſtellum Perſicum, Mazarorum Theodorus & Andreas expugnant. Iidem Briudaës, admiranda virtute Saperij militis obtinent. Philippicus in vrbem imperantem proficiſcitur.

CAPVT I.

Izalæ montis deſcriptio, & cur dux Romanus eò ſe tranſtulerit.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν χάρακα μετέβαλλεν εἰς τὰ παρύψηλα τοῦ πεδίου, ἔνθα δὴ πόδας τοῦ ὄρους ἐν ἀριστερᾷ τοῦ ἰζαλᾶ πεπιηκώς. τὸ δὲ ὄρος ὁ ἰζαλᾶς πολυπωλότατον, οἴνου φόρον γὰρ, καὶ ἄλλα γένη μυρία καρπῶν ἀποφέρεται. πολυανθρώπου τόν τε τὸ ὄρος, καὶ οἰκήτορες αὐτῷ ἄνδρες ἀγαθοί. ἀποπολεμοῦντες τὸ ὄρος ἐς τὰ μάλιστα, καὶ ἀμφιβόλου. ἐκ πόρρω γὰρ ἀπώκισται τὸ πολέμιον. τῇ δὲ

POſtridie ad editiora campi, & radices Izalæ montis, ad lævam caſtra conſtituit. Eſt autem mons hic fertiliſsimus: ſiquidem præter vinum alia fructuum genera effert innumera. Eius accolæ frequentiſsimi, & boni viri, hoſtium, non procul inde habitantium incurſionibus, & vexationibus etiam atque etiam obnoxij. Quibus, quanquam Perſæ vicini eorũ vt dicebamus,

ſæpe-

τε μεθιστάναι τῆς φιλονεικίας χώρας, οὐκ ἂν πείσαις ἔτε ἀπλῶς, ἔτε θωπεύων, καίτοι πολλάκις τῶν ὁμόρων περσῶν ὑποτιμωμένων τὴν αὐτῶν γῆν, καὶ ληιζομένων. τοῦτο δὴ τὸ ὄρος ὁ ἰζαλᾶς, ἕτερον παραμείβεται ὄρος, ὑποφορβιζόμενον αἴσυμας. τὸ δ' αἴσυμας ὥσπερ ἀκρώρειά τίς ἐστι, καὶ εἰς μέγιστον ὕψος ἐκτείνεται. ἐκ δὲ μετεώρου δύο καθέρπουσι πρόποδες. ἐκ τούτων ὁ ἰζαλᾶς τὴν πρόοδον ἐπιφέρεται, καὶ αὐτὸς ἀπαρχόμενος κάτωθεν εἰς ὕψος, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνακύπτων, ταῖς ἐπιδόσεσιν ἐκλαννύουσι τὸν αὐχένα, μέχρι δὲ πρὸς ἀρκτον γίνεται ποταμός. καὶ ἂν τῷ ἐώῳ, ἢ καυκάσῳ συνήπτετο, εἰ μὴ δημιουργικαὶ φροντίδες τινὲς τὴν διάκλεισιν ἐποίησαντο. ἐνταῦθα τὸ μάχιμον ὁ στρατηγὸς ἐνωρμήσατο. διανοούμενος, ὡς ἐκ δὲ περσικοῦ ποταμοῦ δὲ βιεροῦν, μέχρι δὲ ἀρζαμωὺ ὕδωρ οὐκ ἔνεστι· καὶ δυοῖν θατέρου ἀνάγκη τὸ πολέμιον ἐλέσθαι· ἢ γὰρ ἀτρεμήσει, τὴν οἰκουμένην φθερεῖν ἀπασαμένου· ἢ ἔμπαλιν λατίνοις ἐπικεῖσθαι πρώμενον, μαλακισθήσεται τῷ πόνῳ καὶ τῷ δίψει ἅτε ἵππου διολεῖται ὡς τάχιστα, τῆς Ρωμαίων μὴ συγχωρούσης διαβάσεως ἐκ δὲ ποταμοῦ δὲ ἀρζαμωὺ ὕδωρ οὐ βαρβάροις ἀρύσασθαι. τελευτῇ δὲ ἡμέρᾳ καὶ τὸ περσικὸν ἐπίπυρον συνέταγμα, ὡς οἱ Ρωμαῖοι ἀνὰ τὸ ἀρζαμωὺ διατρίβουσιν.

sæpenumero depopulationem vastitatemq; important, tamen vt sedes hasce illis inuidiosas mutent, alioque commigrent, nunquam vel minando, vel blandiendo persuaseris. Porrò mons hic alium montem Aisumas appellatum præcedit. Aisumas iste velut cacumē, seu iugum quoddam est, & in cœlum minatur. Ex eo duo pedes procurrunt, è quibus Izalas prodit, ipse quoque ab imo in altum assurgens, paulatimque sursum versus maioribus incrementis tendens, dorsum ad Tigrim vsque porrigit; atque ad Eoum, siue Caucasum pertineret, nisi artificum excellētium cura laborque discrimen inuenisset. Hoc igitur in loco dux castra posuit, ita secum ratiocinatus: à Persico flumine Burone, vsque ad Arzamonem nullas esse aquarum scaturigines; & ad alterum horum hostes necessariò venturos; Aut enim otium acturos, sat habentes tueri domestica: aut si rursus instare, premereque Latinos, siue Romanos conentur, siti, & laboribus enervatum iri, equitatumque periturum celerrimè, Romanis barbaros Arzamonis fluuij aquatione prohibentibus. Tertio die Persæ Romanos ad Arzamonem considere comperere runt.

CAPVT

CAPVT II.

Cardarigani fastus. Magos consulit: victoria promittitur: in Romanos itur. Romani hostes explorant.

Ὁ δὲ καρδαρίγας εἰς τοσοῦτον ἐξελήλακει φρυάγματος, ὡς γέλωτα τῶν ἀγγελλόντων καταχέειν πολλαχοῦ, ὡς οἱ φλιαφοῦντες περαίνοντος. ὡς δὲ τὰ ἔργα τὸ περσικὸν στρατόπεδον θερμότερον, παρεδρεύειν τὸ πολέμιον. ὁ δὲ σατράπης σὺν θεραπόντων τῶν μαγγανευμάτων διηρώτα, καὶ παρὰ τῶν μάγων ἠξίει ἴχνη πύθεσθαι στρατιῆς, τίς τε πνοὴ μαντικὴ πύθωνος ἐνθουσιώσας, καὶ φαντασίαν κινήσεως παρεχομένας τῇ δαιμονίᾳ στρατιᾷ ἠξίει τὸ ἐσόμενον προαγορεῦσαι. οἱ δὲ τῶν δαιμονίων κάτοχοι ἔφασκον τῷ νίκῃ μήδοις παρέπεσθαι, καὶ ἐξ τῷ ἔκπαξιν πέρσαις ἐποίσεσθαι, ἅμα τῷ περσίδα τῷ τύχῃ ἀμείψαντας. τὸ μὲν οὖν περσικὸν διερρώννυτο, τοῖς στρατηγήμασιν ὥσπερ γαυρούμενον. ἀπάραντες τοίνυν ἐκ τοῦ Βύρου πολλαμοῦ, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐφέροντο. εἶτα πολλὴν καμήλων ἐπέσαξαν ἀσκοὺς ἐπιφορτίσαντες ὕδατος, ἵνα μὴ τῆς τῶν ὑδάτων ἀπορήσαντες φύσεως, Ῥωμαῖοι ῥᾳδίως αὐτοὺς καταργάσωνται. τοσοῦτον δ' εὐπραγίας ἐλπίσιν ἐφήπλοντο, ὡς καὶ πέδας, τοῦτο μὲν ἐκ ξύλων, τοῦτο δ' ἐκ σιδήρου, διηρασμένας, καὶ μάλα πολλὰς προσεφέροντο. ὁ δὲ στρατηγὸς τῷ Ῥωμαϊκῷ παρενεγγύα τῶν γεωργικῶν ἱδρώτων ἀπέχεσθαι, φειδοῖ τῆς ἀ-

CArdarigas autem eò insolentiæ processit, vt ad huius rei nuntios, tanquam nugas, rideret effusissimè. Sed vbi aures militum iisdem nuntiis manifestius circumsonuerunt, & eos indolescere apparuit, ariolos percunctatus, ab illis futurorum vestigia, progressumque discere cupit. Pythonissas item, & circumferendo in vtero dæmone prægnantium similes, vaticinari postulat. Illi afflatu stygio Persis ex conflictu victoriam de Romanis, fortunamque ex aduersa secundam pollicentur. Quibus prædictionibus Persæ erigebant animos, & se beatos numerabant. Ergo à Burone discedentes, in Romanos vadunt, magnamque camelorum multitudinem vtribus aqua repletis onerant; ne ea destitutos, Romani facilè interimerent. Adeò autem fœlicis spe successus gestiebant, vt etiam compedes partim ligneas, partim ferreas, & quidem multas admodum captiuis inducendas secum portarent. Dux Romanus agrestium tenuitati consultum cupiens cohortabatur suos, vti eorum sudoribus diri-

piendis

χρείας τῶν τε ὑποπιπτόντων. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἄνδρας λογάδας ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων ἐξέπεμπεν (στρατίῳ τε τῷ λοχαγῷ ἀνατιθεὶς, ᾧ ἦν μάρδι Φρυγὶ ἐγκεχείρισο) τόν τε Ὦγυρον καὶ Ζώγομον· φύλαρχοι δ' ἔτι τῆς συμμάχου τῶν Ρωμαίων δυνάμεως ἐς σαρρακηνὸς εἴθισο λατίνοις ἀποκαλεῖν. οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἀποσταλέντες, τινὰς τῆς βαρβαρικῆς πληθύος ὑποπεφάσαντες, στρεβλώσαντές τε, ἐδήλωσαν ὡς ὁ καρδαριγὰν στρατόπεδόν ἔνθα καὶ πρόπερον. ἑβδόμη δ' αὕτη ἡμέρα ἐτύγχανε τοῦ κυκλικοῦ τῆς ἑβδομάδος βαΐσματος· σάββατον δὲ τὸ τῷ ἱεροφάντῃ μωσεῖ κατωνόμασεν. ἐπεὶ δὲ τῷ Ρωμαϊκῷ ταῦτα ἀνηγγέλθη σωζόμενα, εἰς τὸν στρατηγὸν ὑπόνοιά τις εἰσέρχεται, ὡς τῇ ἐπιούσῃ ἀποπειραθήσεται τὸ πολέμιον ἐπιτίθεσθαι, οἷα τοῦ Ρωμαϊκοῦ τὴν ἡμέραν χειμάζοντος πόνων ἀναπαύλῃ, αἰδοῖ τοῦ σαββάματος. τῇ δ' εἰς ὕστερον ἦκον οἱ κατοπτεύοντες, καὶ τῷ στρατηγῷ διαγγέλλουσι τὰ περσικὰ πλησιάζειν στρατεύματα.

piendis temperarent. Die igitur proximè sequẽti certos quosdam per Sergium ducem manipularem, (cui Maridis custodia concredita erat) ad hostem speculandum, nempe Ogyrum, & Zogomum auxiliariæ manus Saracenorum (vt Latinis vocantur) tribunos deligit. Hi à duce missi, ex agmine barbarorum quosdam intercipiunt, ẽ quibus in quæstionem datis, Cardariganum castra priore loco habere cognoscunt. Erat is dierum hebdomadis in orbem redeuntium septimus, qui à Mose sacrorum doctore Sabbatũ nominatur. Quod vbi Romani resciuerunt, suspicio ducem incessit, hostes die crastina ipsis inuadendis fortunam experturos; Romanis nempe propter diei Dominici venerationem, & numinis eo colendi reuerentiam ferias acturis. Altero die speculatores redeunt, deque Persarum aduentu ducem certiorem faciunt.

* * *

CAPVT III.

Acierum vtrinq; dispositio. Philippicus sacram Saluatoris effigiem circumferens, animorum incredibile robur militibus addit, cohortationem adiungit. Pro victoria Deo cũ lacrymis supplicatur. Rogatur dux vti secedat. De incertis belli locus communis. Locus pugnæ, & illi vicina patria virorum illustrium.

Ὁ μὲν οὖν Φιλιππικὸς τὸ Ρωμαϊκὸν διεκόσμησε, καὶ τριττὰς κεραίας τὸν μάχιμον διεπάξατο. καὶ τὴν μὲν κεραίαν τὴν εὐώνυμον τῷ ἰλιφρεδλᾶ ἐπέτρεπεν. ἄρχων δ' ἦτον λῶ τῆς ἐμέσης. ναὶ μὴν καὶ αὐχὴν ὁ ἄννων, τὴν αὐτὴν ἐκβάλετο δηώσειν. τὴν δὲ δεξιὰν, βιτάλιος ὁ ταξιάρχης. ὁ δὲ σατηγὸς τὸ μεσαίτατον ἀναλάμβανε κέρας. τὴν δ' εἰπεῖν, ἡρακλείου ὁ ἡρακλείου πατὴρ καὶ αὐτοκράτορος. διεπάχθη δὲ καὶ τὸ περσικὸν ἑτῶσι. ὅπῃ μὲν τὰ δεξιὰ λόφου μεβόδης ὁ πέρσης. ὅπῃ δὲ τῇ ἀριστερᾷ λόφῃ ἀφρααάτης, ἀδελφιδᾶς εἶναι λεγόμενος καρδαριγὰν τὰ σατράπου. τὴν δὲ μέσην ἀπόμοιραν, αὐτὸς ὁ καρδαριγὰν ἐκεκλήρωτο. ἐπεὶ δὲ τὸ πολέμιον παρεφαίνετο, καὶ ἰδοὺ νέφος πολλὴ, φιλιππικὸς τὸ θεανδρικὸν ἐπεφέρετο εἴκασμα, ὃ λόγος ἔκαθεν καὶ εἰς τὰ νῦν διηκεῖ θεία ὑπογήμιον μορφῶσαι, ἀχειροποίητον ὑφαίνου χεῖρας πεπλώσασα, ἢ ζωγράφου μηλιάδα ποικίλαι. ἀφ' οὗ τι τοῦτο καὶ ἀχειροποίητος παρὰ Ρωμαίοις καθυμνεῖται. καὶ τῶν ἱερουργίων

PHilippicus igitur suos in aciẽ tripartitam digerit: sinistram Iliphredæ Emesæ Præfecto committit. Eadem in parte Apsichus Hunnus curat: dextræ Vitalis Centurio præficitur: mediam dux ipse, nempe Heraclius, Heraclij Imperatoris parens sibi deposcit. Simili forma Persicæ cateruæ componuntur. Et dextras quidem Mebodus accipit: læuas Aphraates Cardarigani Satrapæ ex sorore nepos: medias Cardariganus ipse sortitur. Vbi hostes appropinquare puluerea nubes indicio fuit, Philippicus Dei hominisque (Iesu Christi) effigiem circumfert. Iam olim fama emanauit, & vsque hodie durat, eam effigiem non texentis manu comparatam; aut pictoris arte, coloribusque variatam; sed diuinitus efformatam esse. Quocirca etiam apud Romanos vt ἀχειροποίητος, id est, non hominis manu confecta celebratur, & sacris diuinisque honoribus colitur. Ha-

bent

πρεσβειῶν ἠξίωται. δεχέτυπον γὰρ ἐκεῖνο θρησκεύουσι Ρωμαῖοι, τι ἄρρητον. καὶ τὸ ὁ στρατηγὸς τῶν σεβασμίων ἀπειπάμενον γυμνώσας, τὰς ἴλας ὑπέτρεχε, κρεῖττον ἐνθυμούμενος, καὶ ἀνταγωνίστρια θράσους ἐντεῦθεν μεταδιδοὺς τῷ στρατεύματι. εἶτα παρελθὼν τῆς πληθύος εἰς μέσον, τῇ ἀπορροίᾳ τῶν δακρύων ὑπὸ τῆς χύσεως τῆς ἀγωνίας βλύζων ἀένναον, τοῖς παρακλητικοῖς ῥήμασιν ἐκέχρητο περὶ τὸ στράτευμα. καὶ ἰδοὺ ἱκανὴ τῶν λόγων ἡ φύσις. τῶν μὲν ἀσθενῶν τὰς ὁρμὰς ἀπιτέναι, τῶν δὲ ῥαθύμων καὶ νωθρῶν διεγεῖραι τὸν θυμόν. καὶ δὴ τὸ παρορμητικὸν μέλος αἱ σάλπιγγες ἤχησαν. ἐπεὶ δὲ παρελάλησαν, παρέθηγον τὰς δυνάμεις εἰς πόλεμον. ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ κυριακὸν ἐκεῖνο ἀπὸ τὸ μάρδης μεταπέμψας ἴνδαλμα, συμεωνὴ τῷ τὸν ἱερατικὸν ἀμειδῆ θρόνον ἐπέχοντι. ἔτυχε γὰρ τὸν ἄνδρα ἐν τῷ ὀχυρώματι κατ' ἐκεῖνο ἐνδιατρίβειν καιρῷ. οἱ δ' ἐν τῷ φρουρίῳ ἐλιπάρουν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ θεῖον, καὶ ἐυμενίζοντο, καὶ μετὰ πληθύος δακρύων τὰς ἱκεσίας εἱρμάζοντο, ὅπως τῶν νικῶσιν Ρωμαῖοι ἀνάτλῳ ἀγωνίαν ἀποίσωνται. οἱ δὲ λοχαγοὶ, οἱ δὲ πρωτοστάται τῶν δυνάμεων, μενοῦνγε καὶ οἱ χιλίαρχοι ἀθροισθέντες ἠντιβόλουν τὸν στρατηγὸν, ἀπὸ τὸ ἔρημον τῆς δυνάμεως μεταθήσεσθαι· ἐδεδίεσαν γὰρ, μή ποτε αὐτοῖς ἀπικινδυνωτέρου πολέμου γένοιτο, κοινωνὸν τῶν πόνων τὸν στρατηγὸν

bent enim archetypum Romani, & vt sacrosanctum quiddam venerantur. Hanc effigiem sacra veste nudatam gestans, exercitum obibat, indeque audendi generosam, & inexpugnabilem militibus alacritatem iniiciebat. Deinde in medium copiarum progressus, vbertim, & continenter fluentibus per ora lacrymis, propter stragis aceruos mox futuros, eos ad fortiter pugnandum cohortatus est: potueruntque illius verba & impigris ac strenuis impetum intendere; & ignauis, ac torpentibus strenuitatem inserere. Protinus tubarum cantus acuit animos, & ad prælium conserendum excusitat. Porrò dux illam Domini imaginem Mardes ad Simeonem Amidę Antistitem, forte per idem tempus in eo castello commorantem mittit. In quo qui erant alij præterea, die illo impensè numini obsecrando, propitiandoq; dabant operam, supplicabantque multis cum lacrymis, vti Romanus victor abiret. Centuriones autem, & Præfecti militares, immò & Chiliarchi coeuntes ducem obtestabantur, vt in extremum agminis se reciperet; quòd timerent, ne si ipsum dimicationis socium haberent, maiore cum discrimine dimicarent. Belli enim vices, aie-

κληρωσάμενος. ὁ γὰρ πόλεμος ἔφασκον, σὺκ ἀπίδηλα τὰ κινήματα κέκτηται. ἅτε φιλοποίκιλος ὢν καὶ πολύμορφος. φύσις γὰρ αὐτῷ τὰς μεταβολὰς ἐμβατεύειν, μίαν πίστιν τὸ ἄπιστον ἔχοντι. τὸ δὲ ἐκ τύχης ἐντεῦθεν ἀπαίσιον, τῆς ἐκ τῆς ἀπιθάνου ξεως εὐπραγίας ἐς τὸ ἀπροσδόκητον ὑπερβέβηκε. καὶ πείθουσι τὸν στρατηγὸν, βραχύ τι μεταμεῖψαι τὴν φάσιν. τὸ δὲ πεδίον, ἔνθα ἐχειρεργεῖτο ὁ πόλεμος, σολάχων ὠνόμασε. ἔπὶ χωρίᾳ τινὲς χτνιάζοντος τὴν ὁμωνυμίαν ἐρᾶμενον. ἐντεῦθεν καὶ θεόδωρος, ὃν ζητονέμιον ἀπεκάλεν βυζάντιοι, ὁ καὶ τὴν παρὰ ῥωμαίων μαγιστερίαν ἀμνίσως ἔχει, ἔκασθεν γὰρ ἦλθε ἐφέρετο. ναὶ δῆτα καὶ σολομὼν ἔκεῖνος, ὁ τὸ βασιλέως ὑνὲχος, ὁ τὸν καρχηδόνιον πόλεμον ἐν λιβύῃ παραταξάμενος, ὅτι τὸν αὐτοκρατορικὸν ἀφρον ἰουστινιανὸς διεκόσμησε. καὶ ταῦτα πεπαίσται τῷ συγγραφεῖ ἐν τῷ πυκτίῳ τῆς ἱστορίας ἐγγέγραπται.

bant, incertæ sunt: & cum naturà sit mutabile, multiforme, ac multifarium, solùm in inconstãtia sua constans est: quodque inde fortuitò infaustum, & calamitosum accidit, partam aliquando fœlicitatem multis modis superat, & obscurat. His ducem permouent, vti paulisper stationem mutet. Campus certaminis Solachon, à quodam oppidulo propinquo dictus est. Ea inde ab atauis patria fuit Theodori, quem Byzantij Zetonumiũ appellabant, qui & magisteriam (dignitatis apud Romanos nomen est) gessit. Inde genus duxit etiam Salomon eunuchus, & auriga Iustiniani Augusti, qui & Carthaginense bellum in Lybia procurauit, de quibus Procopius in historia mentionem fecit.

CAPVT IV.

Romani victores spolia legunt inuito duce. Eius strategema. Persarum fuga. Cædes vtrinq; plurima. Vox diuina ad Romanos. Persæ fugientes in colle obsidentur.

ἐπεὶ δ' αἱ τῶν περσικῶν φάλαγγες τοῖς ῥωμαϊκοῖς λόφοις προσέμιξαν, βιτάλιος ὁ τῶν ξιάρχος τὴν ἀντίθετον θᾶσσον διέλυσε δυνάμιν, πρὸς κύψας τῶν ἄλλων θρασύτερον τάξεων. αἴτιος μέγιστον φόνον εἰργάσατο, τὴν τε περσικὴν ἀποσκευὴν ἐχυρώσατο, ἣν σπάνης ῥωμαίοις τὴν ἀπαχω-

POstquam phalanges Persicæ cum Romanis pedem contulerunt, Vitalis centurio manum aduersariam celeriter dissipauit, quòd audacius in hostes incumberet. Sed & stragem maximã edidit, illorumq; spolia (tuldum

Romani

εἰῳ φωνῇ τοδλδον ἀποκαλεῖν. ἅτω μέντοι τὸ νενικηκὸς ωβὶ τ̃ λείαν ἠχόλητο. ὁ δὲ ϛρατηγὸς διηπορεῖτο τι καὶ ἐχαλέπαινε τωῖ τα δὴ τὰ τ̃ ἀκοσμίας ϑεώμεν@. καὶ οὡ ἔμφρονα βελλὼ ἐχειδίασε, καὶ τὸ κράν@ (ἐπίσημον δ' ἄρα τ̃το λῶ καὶ καλ̃δηλον) τῆς ἑαυτ̃ κορυφῆς ἀπεκδὺς, ϑεοδώρῳ τῷ ἰλιεινῷ ωβιτίθηκε. δορυφόρος δ' ἦτ@ τ̃ ϛρατηγ̃. εἶτα ωροσκέθ[illegible]τῷ ξίφει πᾶσιν τὲς ἐμπρδυομένες τὰ λάφυρα. ὁ δὴ κ̃ γεγονὲς ἐς τὰ μάλιϛα ὤνησε τὼ παράταξιν. οἱ δ' ἐπο; νοήσαντες τὸν ϛρατηγὸν ωβινοϛεῖν, καὶ λωποδυτωῖν τα αὐτὲς, ἐπανορθ̃σθαι τ̃ ϛράλματ@, παρὰ τὼ μάχλω τὼ φρονίδα μετέϑεντο, καὶ τῶν πολεμικῶν μετελάμβανον πόνων, τὸ δ' ἀντίπαλον διαϛαθὲν, ἐς τὼ μέσην τῶν περσῶν διεσώζετο χώραν, ἕ λῶ ὁ καρδαρηχὰν τὼ ἐπισασίαν ποιέμεν@. βαθυτέρα γ̃ν τ̃ μέσα κέρατος τῶν περσῶν γεγονότ@ διὰ τὼ ἐπιωρόθεσιν τ̃ ἀποδραύτ@ εὐωνύμα κέρατ@, χαλεπῶς αὖ εἶχε διενεγκεῖν ἡ ῥωμαίων ἀνίπαλος δωάμις, εἰ μὴ τῶν ἵππων ἀποβάντες αὐτὸν, κ̃ ζυσϛάδλω τὲς ζυμπλοκὰς ἐποιήσαντο. οἱ μὲν ἓν μεσαίπατι φάλαγγες ἐξήρκεν μαχόμεναι, καὶ ὁ πόλεμ@ αὐτῶς ἐμηκύνετο. ὡς ζυμβαίνειν ἐπὶ τῶν λειψάνων ἐσάναι τὸ παραπλόμενον, τ̃ς ἐπιφανείας τ̃ γ̃ς ωβικαλυπομένης, ἀφ' τὼ ἐπιπολάζσαν τῶν πνευμάτων ζυνέχειαν.

Romani vocare consueuerunt) legit. Victoribus præda diripienda sic occupatis, dux ea confusione conspecta succensere, & quid ageret, anxius cum animo suo trahere: cum prudens consilium reperit ex tempore. Nam capiti suo detractam galeam, illustrem illam, & conspicuam, Theodoro Ilibino satelliti suo imponit, mandatque spolia ferentibus gladio, quà latus est, ictus incutere, quod ad aciem restituendam plurimum profuit. Suspicatus enim miles, ducem ipsum circumire, & spoliis detrahendis intentos tali ratione corrigere, ad pugnam persequendam curam transferebat, & ad operam militarem sese dabat. Porrò hostes dissipati, in interiora Persidis incolumes profugere, vbi Cardarigas Præfectum agebat. Medio iam Persarum agmine densiore, propter accessionem â cornu dextro, quod sinistri fugã compensabat, difficile erat Romanis, superiores partes ferre, nisi ab equis descendentes, stataria pugna confligerent. Phalanges itaq; mediæ concurrebant acriter, & prælium eo vsq; producebant, dum ad paucos deuenirent, propter cæsorum corporum continuatã multitudinem cooperta terræ superficie. Cum finis nullus se ostenderet, diuina quædam sententia pro arbitrio se interponens, a-

ὡς δὲ τὸ καινὸν ἀπελθὸν ἤγγειλῶ, θεία τις ἀφύλαξε καταδιάτησε, τὸ ἀλλοφύλε ἐπεγλκέα πισμένη τῶ μάχλω. καὶ φωνὴ ἀδιάπλατος Ρωμαίοις μεγάλῳ τῷ ἀπιχήματι ἐγκελευομένη τῶ ἵππον κενῆν τῶ πολέμιον. πείθονται πιγαρῆν Ρωμαῖοι τάτῳ δὴ τῷ πεφεύγματι, καὶ κρατῆσι τῆς ἀντιμετώπε δηωάμεως. τῶ δὲ φωνὴ ἀπὸ σεφάνε τῦ λοχαγῦ πεφελῆθεῖν, τὸ Ρωμαϊκὸν ὑπανεύησε· καὶ μὴ τὸν πόλεμον ἐπυνθάνοντο Ρωμαῖοι, εἰ πεφοβολῶς αὐτὸς ἐκεῖνο ὁ σέφανος ἐτύγχανεν ὢν τῦ στρατηγήματος. ὁ δ' ἀπηνήνατο, καὶ δὴ μέγαν ὅρκον ὀμεῖται, μηδέ ποτε πιαύτης ἐπβολῆς τὸ ζόφισμα πεφενέγκαδαι. ἐ γὰρ ἐντεῦθεν ἤθελε δηεξάδαι τῶ ἐυκλφαν, καὶ θεία τινὰ μελετήματα εἰς οἰκείαν παραμορφῶται ἀγχίνοιαν. ὁ δὲ τρίτος λόφος ὁ Ρωμαίων, τῶν δ' εἰπεῖν ὁ εὐώνυμος, τῶ ἐναντίαν κεραίαν ζωέχε, καὶ τὸ ζωζόμενον ἐμβελῶς ἐδιώκετο, ἄχρι ἔ δάρας, δυοκαίδεκα ζημεῖα τῦ χώρε ἀπωκισμένε τῆς παραζάξεως. τοίνυν ἕτω λαμπεῶν τῶν Ρωμαϊκῶν γινομένων τροπαίων, ἐγνωσιμάχει τὸ βάρβαρον, καὶ πρὸς φυγὴν μετετίθετο. τὸ δ' ὀπόδραν τῆς μέσης μοίρας τῆς περσικῆς ἅμα τῷ ζφῶν αὐτῶν στρατηγῷ, ἔν τινι βενῷ ὀπεκλίνει τὸν κίνδυνον. ἐπεὶ ἦ τὸ Ρωμαϊκὸν ἠκηκόει ἐν τῷ βενῷ τινας τῶν πολεμίων πεφηπέναι τε, καὶ τὸ κεκρατηκὸς ὑποφέλεδαι, δ' ἀσεφανοῖ εὐθὺς τὸ ἐχύρωμα, καὶ αὐτομολέμιον ἐγκελεύεται. οἱ δ' ἐς θανάτις,

lienigenis certamẽ aduersũ reddidit. Clarissimo quippe cũ sonitu vox Romanos circũuolans, hostium equos lãceis fodere iubet. Qui mandato obtemperantes, copias à fronte oppositas debellant: suspicatique à Stephano manipulario vocem istam extitisse, secundùm conflictum eum interrogant, ipse ne huius strategematis auctor fuerit. Negat, additoq; sacramento, nunquam se huiusce modi impressionis commentum protulisse confirmat. Non enim hinc aucupari gloriam, diuinitusque meditata, sollertiæ suæ, quasi forma eorum commutata tribuere sustinebat. Tertia verò, siue sinistra Romanorum acies aduersum sibi hostiũ cornu permiscebat: & quod restabat militum, ei vsq; Daram (qui locus ab acie duodenis passuum millibus aberat) gnauiter instabat. Tam magnifica Romanorum trophæa barbari cernentes, imbecillitatem suam, virtutemq; hostium agnoscunt, & ad fugam etiam ipsi se intendunt, ad collemque in interiore Persidè periculi declinandi cum duce suo cõfugiunt. Romani audientes hostium quosdam collem attonitos, victoremque metuentes insidere, statim locum cingunt, hostes vti se dedant hortantur. Illi cum contemptu mor-

tis,

των, καὶ ἐς ἀπονοίας ὀφρὺν ἀπεσκα-
ρδόντο. σκοπῶ οἱ Ρωμαῖοι τὴν φρο-
νῆσιν αὐτῶν· ἐπεγίνωσκον γὰρ τὴν καρ-
δαρικὴν ἐν τῷ βουνῷ ἀνερπύσαντα,
ἰσχυρῶς τε παρειλῆφθαι τὸν κίν-
δυνον. ὁ μὲν δὴ καρδαρικὸν ἀπόσπορ
ὢν, τοῦτό τε τὸ λιμῷ πιεζόμενον ἐνε-
καρτέρει ἐν τῷ βουνῷ τρίτην καὶ τετάρ-
την ἡμέραν. ἐς τηλικοῦτον γὰρ δέος δι-
ῆκτο τὸ περσικὸν στράταρχον ὁ ἀδό-
κιμον κίνδυνον. φοβεραὶ γὰρ αἱ
μεταβολαὶ παρὰ τὰς ἐλπίδας ζυρ-
ρέουσαι· μὴ γὰρ τῶν πραγμάτων καὶ τὰς γνώμας ἀμείβουσιν.

tis, & vesana confidentia supercilium insolenter ac superbè tollunt. Romani eos despiciunt: nec enim Cardariganum seria periculi fuga collem ascendisse cognouerant: in quo cum inopia commeatus, & dira fama tertium iam, & quartum diem perseuerabat: tantum in timorem Persarum ducem discrimen improuisum coniecerat. Mutationes enim inopinatæ terrent animum, quando cũ rebus ipsas quoq; cogitationes, & consilia inuertunt.

CAPVT V.

Stephanus de Persis fugitiuis non deletis se purgat. Conflictus apud castra. Cardarigani infaustum strategema. A Darenis excluditur cum conuitiis. In castris Romanorum falsus rumor.

Ὡς δὲ παρὰ τὸν στρατηγὸν ἐπανέ-
ζευξαν, τὸν δοῦν μεγίστῳ
ἐγκλήματι ὁ στέφανος ἐδίωκεν, ὅτι μὴ
παρεσήσατο τὸ λειπόμενον. ὁ δ' ἡγεμο-
νικωτάτῃ ἀπολογίᾳ τὰς μέμψεις τοῦ
στρατηγοῦ διεκρούσατο, φήσας, οἶδα καὶ
μέτρα νίκης τιμῶν, καὶ τὸ ἀκρώρειαν
δεδιέναι τῆς τύχης· μισοπόνηρον γὰρ ἔ-
χει τὸ πλάσιγγα, καὶ φέρειν οὐκ
οἶδεν εὐπραγίαν βρενθυομένῳ πέρα
τοῦ δέοντος. ἕτω μὲν δὴ οἱ πέρσαι φο-
βηθέντες τὸ καθοδον τῶν παρυφήλων, καθείρπυσαν. ἐπεὶ δὲ τοῦ
λόφου κατέδυσαν, ξυμπαρομαρτοῦσι
Ρωμαίοις ἐπανίασι, καὶ ξυναθροιζο-
μένοις ἀνὰ τὸν χάραγκα. σκηνὴν ἀναι-

STephanus ad ducem rediens, in crimen maximum ab eo vocatur, quòd reliquias illas non deleuisset: quam incusationem defensione, duce militari dignissima depellit: scire se modum in victoria reuereri: in fastigio fortunæ, formidinem præstare. Eius lancem odisse improbos, fœlicitatemque plus æquo superbientẽ ferre non posse. Ita Persę lentè, quieteque descendendi copiam nacti, de colle degrediuntur. Degressi redeunt, & Romanos ad castra sequuntur: multi interficiuntur, supra mille capti, Byzantium mittuntur. Cardarigas suos subeundo periculo animosiores

ρξαντας πολλοι, ἦλωσαν δὲ πλείους ἢ χίλιοι, οἱ κ̀ ἐς βυζάντιον παραπέμπαντας, ὁ δὲ καρδαριγὰν πρὸ τῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐπιβολῆς, τὰς δερμαΐνας ἐκείνας ἀμφορεῖς διαῤῥήξαθαι τῷ περσικῷ ἐγκελεύεται, φιλοκινδυνώτερον ἐς θράσος ἐντεῦθεν τὸ μηδικὸν ἐργαζόμενος. τοῦτο δὴ τοῖς ζφισὶ παραδηλῶν, ὡς εἰ μὴ μεγάλων κινδυνεύων ἐφάψοιντο, ἀπόλωλε τούτοις ἡ ὕβρισις, τῷ ῥωμαϊκῷ τὸν πόλεμον ἐξ ἀρζαμῶν πρεπαθημένῳ, κ̀ διαφερρέντος τὸ ῥᾴθυμον φιλοπονώτερον. οἰκείως δ' αὖπως ἐς ἀγαθὸν πρέπει τὸ θράσος. ἀμαθὲς γὰρ τῷ κύβῳ τῆς τύχης πιστεύσαντα, ταῖς ἀκροφορείαις τῶν κινδύνων καταῤῥᾶν· κ̀ τὰς ἀγαθὰς ἐκβάσεις ἐκ τῶν προϋπαρχόντων ζφαλμάτων ἀπεραίζεσθαι. ἀφιλοσόφως γὰρ ὑπὲρ τὴν δέχῆς, οἰκείαν τοῖς προϋφεστῶσι κ̀ τὰ συμπεράσματα ἔξει τὴν πρόοδον. τοῦτο γοῦν κ̀ πολλοὺς τοῦ μηκέτι μετὰ τὴν ἧτταν διέφθειρε. φρέασι γὰρ πρεπιπόντες τινὲς τοῦ περσικοῦ λαφύξασιν ἀπλησόπρον, κ̀ ἐς μέχα κακὸν ἐπεκλίνοσι, τῆς κοιλίας αὐτοῖς τὴν ἀθρόαν τοῦ ὕδατος ἐμβολὴν διενεγκεῖν ἐκ ἐχούσης τοῦ ἐπιφορηθέντος ὕδατος τὴν ἀνάληψιν. ὁ δὲ καρδαριγὰν εἰς τὰ πρὸ τοῦ δάρας ἀφικόμενος, τὴν ἐς τὸ ἄστυ παρεκινδύνευεν εἴσοδον. οἱ γὰρ αὐτοὶ, ἤτοι οἱ πρεφρουοῦντες πέρσαι, τὸ πάλισμα ἀναπετάσαι ἀπέλεγον τοῖς μήδοις τὰς πύλας, μὴ γὰρ οὖν εἰσικίσασθαι τὰς ῥιψάσπιδας περσικὴν νόμον ἀνέχεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ καρδαριγὰν ἐβλασ-

siores facere cupiens, ante congressum vtres illos dirumpi iubet: innuens nimirum, nisi præsenti se discrimini obiectarent, vbi aquarentur, non habituros, cùm Romani fluuium Arzamonem obsiderent, cautiusq; custodirent. Sed ei audacia hæc malè vertit. Est enim magnæ imperitiæ, fortunæ confisum aleæ, aduersus extrema pericula spiritus sumere, & secundos euentus erratis præcedentibus emendicare. Nam quia insipienter incipitur, vltima principiorum similia efficiuntur. Atque ista ratio multos de Persis etiam victos perdidit. Etenim cum in quosdam fontes incidissent, & insatiabiliter latices hausissent, malum non mediocre inuenerũt, quod ventres tantum aquæ ingurgitatæ vim, & onus ferre non poterant. Cardariganus in agrum Daræ deueniens, audacius introitum in vrbem tentare: ipsimet enim Persæ videlicet, vrbis præsidiarij, popularibus suis portas reserare abnuebant: nam lege Persica, fugientes, & ignauos non recipi. Postquam illi conuitia dixerunt, eiusq; calamitatem verborum contumeliis cumularũt, cum probrosis eum sermonibus dimittentes, domum abire perpulerunt. Vespere appetente tumultus repente in castris excitatur,

φήμην, καὶ τῆς ὕβρεως τῇ ξυμφορᾷ ξυνεπιλήψεσθαι, πείθουσιν ἐς τὰ οἴκοι χωρεῖν, αἰσχίστοις αὐτὸν παραπέμψαντες λόγοις. ἡμέρας δὲ κλινούσης, ἐξαπιναίως ὑπὸ θρασύτητος τῷ Ρωμαϊκῷ στρατοπέδῳ ἐγγίνεται, καὶ φήμη διέρρωσε, δύναμιν τὸ περσικὸν πεζικὸν ἐλθεῖν. καὶ ὅσον οὔπω ὑπὸ χῆσθαι μέλλειν τὸ χάρακα. ὁπλῖται ὁ Ἡρακλεὼς ὁ Ἡρακλείου πατὴρ τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἕτεροι τῶν ἡγεμόνων, ἱππάζοντό τε, καὶ σὺν ῥώμῃ φερόμενοι, ὁρμῇ ἀκαθέκτῳ τὸ πεδίον ἔλαυνον, τὸ βαρβαρικὸν ἀνιχνεύοντες. καὶ ἀνὰ τὸν βυνὸν ἀφικνοῦνται, ἐν ᾧ οἱ περὶ τὸν καρδαριγὰν ἐναγχος ἀποδραίντες ἐκυκλίζοντο. καὶ οὐ πόρρω ἀπῆσαν τοῦ ὑψηλοῦ, καὶ περισκοπὴν ἔλαβον μείζονος περιοπῆς, καὶ τὸ πολέμιον ὧδε ἀφανὲς. ἐπεὶ πίνω εἰς τὸ τραχὺ τοῦ ἔρεσιν ἐποιήσαντο, καὶ φανάκης ἐν τῇ ὑπισκοπῇ σὺν αὖ ὧδε, ἀνὰ τὸ Ρωμαϊκὸν ἐπανάγοντας.

tur, manatque rumor, Persis veniſſe auxilium, & iam iam caſtra inuaſuros. Itaque Heraclius Heraclij pater, & alius è ducibus, expediti in equis, ferroque armati, incredibili ardore barbaros exploratum circumeunt, & ad tumulum ſeu collem vſque perueniunt, in quo Cardarigas paulò ante cum fugientibus cõfederat. Celeriter in ſummum euadunt; è maxima quadam ſpecula proſpectum circumquaque petũt: hoſtes nuſquam cernunt. Cum rem ad liquidùm candidè indagaſſet, ad caſtra ſua reuertuntur.

CAPVT VI.

Miles Romanus quadruplici vulnere ſaucius, in caſtra portatur, fortiq; animo emoritur. Donatiuum datur militibus. Vulnerati in vrbes proximas, & caſtella ad curationem dimittuntur. Romanus Perſidem incurſat.

ΕΝ δέ τινι μοίρᾳ τῆς ἀτροποῦ, δυσθανατοῦντα τραλιώτην Ρωμαῖον περιβλέψαντο, πέτρασι βολαῖς τὸ σῶμα κοσμούμενον. εἰς μὲν γὰρ τὴν ὑπερῴαν χειλώνην μηδικὸς οἰστὸς ἐς βάθος εἰσδὺς, ἀνὰ τὸ κρανίον ἐρρίζωτο. ἕτερος δ' αὖ ὑπὸ θάτερον χεῖλος ἐνερθὲν εἰσφρήσας, ἀντιθέτως πως ἀνετείνετο· ὡς καταπινας διαμέ-

IAM verò alicubi in via militem Romanum cum morte luctantem offendunt, quadruplici plaga corpus ſaucium, immo ornatum potius. Superius quippe labrum ſagitta Perſica per galeam penetrarat, fixaque hærebat. Alia per inferius labrum infernè miſſa, pœne recta linea priori ſurſum reſpondebat: vt contra-

τροις κεραίαις κεχῶσθαι τὴν γλῶτταν τῆς ἀντιτύπου ζυμβολαῖς τῶν ἀκίδων. κἀντεῦθεν μὴ δύνασθαι τὸν ἀριστέα μύσαι τὸ χείλη. ἐπιφέρεται δὲ καὶ δόρατι ἐπὶ τὸ εὐωνύμε βραχίονι, ἐπί τε τῇ λαπάρῃ ἑτέρων βολῶν. μηδενὸς ἀντιπίπτοντος. αὐτή τε καὶ τῆς ἀρετῆς αὐτῷ τὸ ἐπιτάφιον ἦν. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν ἡράκλειον τῷ γυναίῳ ἐπιῤῥεόμενον τὸν ἀριστέα θεώμενοι αἵματι, ἀγάμενοι τῆς εὐψυχίας, ἐποχοῦσι τῷ ἵππῳ, καὶ ὡς τὸν χάραγα διεκόμισαν. εἶτα οἱ ἐφέλκονται τὰ μὲν ἄλλα βέλη τὰ ἐμπεπηγότα τῷ σώματι, καὶ παρεξάγουσι, τὸ δ' ἀνὰ τὸν ὦμον ἐξελκύσαι οὐκ εἶχον. διεψυθήριζον γὰρ ὡς ἑαυτοὺς, οἱ παῖται δὴ τὰ χείρωνος, καὶ μαχάονος τεχνώμενοι μελετήματα, ὡς ζωεκδημήσῃ αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ τῇ τοῦ βέλους ἐξόδῳ. ὁ δὲ μακεδὼν σκῆν, ἢ λεωνίδας τὸ φρόνημα, ἢ καλλίμαχος ἢ κυναίγειρος, ἔρριψε δὲ τὸ ῥωμαῖον ἀποκαλεῖν, ὡς τῶν λόγων τῶν ἰατρῶν ὑπηθαίνειν, ἤρετο εἰ τὸ ῥωμαϊκὸν ἀνίκητον. ὡς δ' οἱ θεασώμενοι αὐτὸν κατέφασκον, καὶ ἄρασθαι λατίνοις τρόπαιον ἔλεξαν, ἐβασάνιζεν ὅρκοις τὰ ῥήματα. ἐπεὶ δὲ ῥωμαίους ὄντως ἐπέπυστο τὸν κύφλον κατὰ τὸν πόλεμον ἀπενέγκασθαι πλάσιγγα, πέρσας δὲ τὸν ἐναντίαν ῥοπὸν, τῷ βάρει τῆς ἥττης καθελκομένης πρὸς πάσματι, ἀνασκιρτήσας τῷ ἄθματι μέγα τι παραμύθιον,

riis cuſpidibus lingua ceu diametri punctis intercepta extaret: & hinc vir fortiſsimus os claudere nequiret. Haſtam item in læuo brachio, & iaculum in latere defixum habebat. Atque hoc vulnus eius virtuti epitaphium fuit. Igitur Heraclius & comites ſanguine generoſo vndique manantem præclarum illum bellatorem aſpicientes, eius animi excellentiam admirati, in equum imponunt, & ad caſtra peruehunt. Deinde alij cætera quidem tela è corpore trahendo educunt: ſed quod in latus contortum erat, educere formidabant, inuicemq; ſuſurrabant, qui Chironis, & Machaonis inuenta exercebant, cum ſagitta ſimul animam exituram. Aſt Macedo ille (imò verò Leonidas magnanimitate, aut Callimachus, aut Cynęgirus; ſed ſatis illi ad gloriam erit, ſi Romanum nominemus) vt verba illorum ſubanimaduertit, percunctatus eſt, num penes Romanos victoria ſtaret. Quod vbi circumſtantes affirmarunt, & Latinos erexiſſe trophæum dixerunt, rei confirmandæ iuramentum petiuit. Ergo vt Romanos lancem leuem reuera, Perſas autem lancem deuergentem (ex eo quod victi ſint, quaſi quodam pondere detractos ad cadauera) in prælio reportaſſe intellexit, ipſa re-

ſpira-

scepto negotio, sempiterna apud omnes infamia flagrare. Decretum igitur illius diei per vrbem imperatoriam omnium ora peruagabatur. Ad Cæsarem die quinto introducti, & muneribus ornati, diploma auferunt. Posthæc Samen, Chosroperozen, alios item à Romanis belli tempore captos ad Chosroen cum Legatis remittit. Chosroes libello perlecto, virtutem Romanorum suspiciens, Hierapoli relicta, vnà cum Comentiolo Constantinam petit. Paulò pòst & Melitenes Præsul Domitianus, genere Mauricium attingens, & cum honore sanctus (sacerdos) tum vitæ instituto sanctior, sermone suauis, actione sollers, consilio prudentissimus, auctoritate imperatoria ad Chosroen contendit, quem Gregorius Antiochenus Antistes comitatur: nam & hoc Imperatori placuerat, & voluntati eius re satisfiebat. Hi Constantinam ingressi, alloquio, & donis Chosroen consolantur, afflictumque ad bene sperandum exsuscitant. Is Legatos Nisibim mittens, Persis memoriam veteris beneuolentiæ in genus regium redintegrat, leniter eos admonens, ne tyrannicam potestatem patiantur: neue antiquam, & patriam

lege,

τὴν νίσιβιν πρέσβεις ἀπέστειλεν, αὐ-
ναμιμνήσκων τῶν τοὺς εὐνοίας τῆς
ἐς τὸ βασίλειον γῆν, παρακα-
λῶν τῷ ἠπίῳ τῆς παραινέσεως, ὡς
ἐ δεῖ τυραίνων ἐξουσίας ἀνέχεσθαι,
καὶ καθυβρίζειν νόμον ἀρχαῖον καὶ
πάτριον, καλῶς γεγηρακότα τῇ
περσῶν βασιλείᾳ, καὶ μηδέ ποτε
τῷ νεωτέρῳ τῆς καθαιρέσεως ἀπε-
νεγκάμενον τὸ ἀδόκιμον. τῷ δὲ βα-
ράμ ἐπεὶ καλόδηλον γέγονεν ὡς δι-
σώθη μὲν ὁ χοσρόης, ὅπως τε Ρω-
μαῖοι φιλοφρόνως αὐτὸν ἀνεδέξαν-
το, τὸ δ' αὐτὸ καὶ παρὰ ἑαυτοῦ πρᾶ-
ξαι. ἀφ' ὧν πρέσβεων ὡμολό-
γησε, πρέσβεις ἐξέπεμψεν, ἀξιῶν
τὸν αὐτοκράτορα, μηδαμῶς τῆς
χοσρόου τύχαις ἐπικεῖν δυσχερ-
ζόμενον, νίσιβίν τε πόλιν παρα-
δίδοναι Ρωμαίοις, καὶ τὰ ἄλλα πί-
στεως πάντα. ὁ μὲν ἓν βαράμ
πιθανῶς ἐπλανᾶτο, ἐ γὰρ οἷός τ'
ἦν ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ βασιλέως
ὁσιότητα. ἐ πολλῷ δὲ ἡμέρας, καὶ
τὸ ζοβαρὸν ἐξογκωσάμενον, οὐ
μὲν συμμάχους ἀγετέμενον κατά-
φορον ἦν, τῷ τε περσικῷ φορδι-
κός τε ἦν, καὶ τῆς ἐπιβολῆς ἀν-
κατάσχετον, πρὸς τὸ χαλεπώτε-
ρον ἐξαγριαίνων τὸ τύραννον. καὶ ἓν οἱ ἀξιολογώτατοι στρατοῦ τῆς τό-
τε δυνάμεως ἐπισυῤῥέοντι συσκοτῶ, ὅπως δολοφονηθείη βαράμ.
Οἱ μὲν ἓν ἔξαρχοι τῆς περὶ τὸν βαράμ συσκοτῆς, ὅ, τε ζαμένδης, καὶ ζο-
άμβρης ὁ πέρσης. πρεσπαιζόμενοι γὰρ ἔτι καὶ ἑτέρως τῆς βαβυλω-
νίας πληθύοντας λοχάδας, ὡς ἐνεῖσθαι τῆς ἐπιβολῆς ἐξελίποντον. ἐπει-

legem, quæ probè in regno Per-
sico senuerit, & nunquam iunio-
ri regem veterem loco mouendi
ius permiserit, cum insolentia
abrogent. Varamus vt Chosro-
en seruatum, & à Romanis be-
nignè exceptum didicit, idque
ipsum ei Imperator missis Lega-
gatis confessus est, missis & ipse
Legatis rogat, ne inclinatum at-
que iacẽtem Chosroæ fortunam
vllo modo respiciat, pacisens,
se Nisibim, & quantum esset in-
de locorum ad Tigrim, Roma-
nis daturum. Sed fallebatur
multum, nec enim poterat Im-
peratoris sanctimoniam corrũ-
pere. Non multi effluxerunt di-
es, cum superbia turgidus, so-
cios manifestè aspernari cœpit,
molestusque & odiosus esse Per-
sis, nec impetus cohibere, & ad
tyrannidem crudeliorem efferari. Quare Principes Satrapæ de
eius exercitu occultè coëunt, &
insidias ei occidendo instruunt.
Harum antesignani Zamendes,
& Zoambres, ascitis insuper ad
communionem facinoris quibusdam aliis de Persarum numero, eas vt poterant confirmabant: ratique Bindoem, quem
Varamus in carcerem dederat,

πάντες δὲ καὶ Βινδόλω πρὸς καὶ νοπραξίαν αὐτοῖς εἶναι λυσιτελέστερον (ἔστω δὲ τὸ Βαράμ κατώκει εἰρκτῇ) ἀναπληροῦσιν ἔργῳ τὸ βούλημα, καὶ ἀθρόον εἰς τὴν φρουρὰν εἰσπηδήσαντες, τῶν δεσμῶν τὸν Βινδόλω ἀφαλυσάμενοι, παγμαχίᾳ τε λόχου χειροτονήσαντες, ὅσης νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια τῷ Βαράμ ἐπιτίθενται. ὁ μὲν ἦν Βαράμ δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἐκ συσκιᾶς ἐπιγνώσει γιγνόμενος, ἐξοπλίσιος οὐ φύλακας, σιδηροφορεῖν ἐγκελεύεται, οὗ τε ἐναγχος ἐκ τῶν ἐθνῶν προσκεχωρηκότας αὐτῷ παρασκευασάμενος, τοῖς ἐμπεσοῦσιν ἐς τὸ καρτερὸν αὐτεπίστερ. καὶ τῆς νυκτομαχίας ἰσχυρᾶς γιγομένης, ὑπερέχει Βαράμ. καὶ ζωγρήσας οὗ τὸν πατέρας ἐγχειρήματος, ἡμέρας ἤδη λαμπάσης ἐξαυτομεῖ τῶν μελῶν τούτων τὰ πρακτικώτερα. εἶτα ὑποσυρέσας τὰ λοιπὰ σώματα, τοῖς ἐλέφασιν, ἃ πατεῖσθαι, καὶ τὸν παναθλεθρον τοῦτον ἐκείνοις ὑποφέρεσθαι θάνατον.

cœpto communi fore idoneum, deliberata opere complent, confertimque in custodiam irrumpentes, solutum vinculis, cohortis suæ ducem creant, eademque nocte Varamum in regia occupant adoriri. Qui secunda iam vigilia insidiis sibi apertis, custodibus arma imperat. Præterea qui nuper ex gentibus ad eum accesserant, eos quoque obarmat; & ita irruentibus summa ope resistit. Totis viribus de nocte confligitur, Varamus vincit, captisque cœpti huius auctoribus, lucente iam sole membra actuosiora frustatim præcidit; reliquum corpus elephantis ad mortē crudelissimam inferendam substernit.

CAPVT

CAPVT XV.

Bindoes euadit; copias Andrabigano educit: Mystaconem de statu Chosroæ docet, quem armis iuuandum Imperator Mystaconi commendat. Varami casus cum latitia narrantur, & laudiuntur. Bindoes regiam pecuniam in militem erogat. Nisibim obsidentes ad Chosroæ partes accedunt. Arabia, & vrbes vsq; ad Tigrim Chosroæ traduntur. Martyropolis Romanis opera Domitiani Episcopi deditur. Chosroes vt ingratus castigatur. Sittas proditor ignibus crematur. Perfidi Romani puniuntur. Domitianus festum diem indicit, concionem gratulatoriam habet.

Ὁ μὲν ἂν Βινδόης ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ διαδιδράσκει τὴν συμφορᾶς παραδόξως τὸν κίνδυνον. καὶ ἔτι τὸ ἀδραβίγανον ὡς ἔχιστα γίνεται. ἐκεῖσε γὰρ στρατοπεδευσάμενος, πλείστας ἔτι περισκεψάμενος ἐπηγάγετο, καὶ τὰ Χοσρόου φρονεῖν σὺν ἀφειδήτας πως ἐπῄει. τῇ δὲ ἡμέρᾳ καθ' ὡς τὸν Ἰωάννην (ὃν μυστάκωνα Ῥωμαῖοι ἔθος ἐστὶν αὐτῶν καταλαμβάνειν) ἀπέστειλεν ἄγγελον, τὰ νεώτερα δηλώσοντα γνωρίζων αὐτῷ, ἀξιῶν τε μαθεῖν, ὅπως τῷ Χοσρόῃ ἀπλώτησε τῆς εἰς Ῥωμαίους εὐνοίας χωρήσεως ἡ ἐγχείρησις. ὁ μὲν ἂν Ἰωάννης γράμματα τὰ ἄκυρα παρὰ πέμψας τῷ αὐτοκράτορι, σὺν ὑπὸ τὸ Βινδόη πέσθεις παρακατεῖχε, καραδοκῶν τί ἂν παρασχῇ παρὰ τῶν ἐγνωρισμένων τῷ αὐτοκράτορι. ὁ δὲ βασιλεὺς μαυρίκιος τῷ Ἰωάννῃ προσέταξε, τοῖς τὰ τῷ Χοσρόῃ φρονοῦσι συμμαχεῖν τε ἐκθύμως, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς καλοκαγαθίας τίσιν παρέχεσθαι, ὅπως τὸ

BIndoes cum suis discrimine calamitatis præter opinionẽ liberatus, Andrabiganũ properatò venit: vnde magnam Persarum manum in expeditionem educens, desertores Chosroæ ad officium præstandum bonis verbis reducit. Die decimo ad Ioannem cognomento Mystaconem mittit, qui nuper acta eidem exponat, & vicissim discat, quo pacto Chosroæ conatus sese cum Romanis coniungendi processerit. Ioannes per litteras Imperatori audita perscribit; Legatum apud se retinet; Imperatoris de iis rescriptum exspectat. Mauricius Ioanni præcipit, vti à Chosroa stantes promptè alacriterque iuuet, & ad eneruandam, ac debilitandam Varami tyrannidem integerrimam eis fidem præstet. Pridie porrò Bestamius, quem Chosroes in Armeniam legarat, ad Ioannem venit; cui Ioannes tum aduen-

ἀθενέστερον εἶδοι τ̃ Βαράμου τὸ τύραννον. τ̃ῃ δὲ πρεσβείᾳ ὁ Βεσὰμ, ὁ παρὰ τ̃ Χοσρόου ἐς τὰς Ἀρμενίας σταλεὶς, ἀφικνεῖται παρὰ τὸν Ἰωάννου. ὁ μὲν ἂν Ἰωάννης τ̃ῃ τε Βινδόου παρουσίαν τ̃ῳ Βεσὰμ παρεδήλου, τάτε τ̃ῳ Βαράμου συμπεπτωκότα, ὡς ἀξιαφήγητα, λίαν εἰκαίρως παρετίθετο. καὶ ἔν ὁ Βεσὰμ εἰσάννυται τοῖς ἀκροάμασι, καὶ ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπεν ἄγγελον, πάντα δὴ γνωσόμενον. ὁ δὲ Βινδόης πάλιν ἐγγελῶντα τὰ πράγματα τ̃ῳ Χοσρόῃ θεώμενον, μέγα εἰσάλλεται χάρσον. καὶ χρήμασι βασιλικοῖς ἐντυχὼν, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν Δομνέμει, ὡς εἶχεν ἑκάστῳ εὐνοίας ἀλκῇ. ἐπεὶ δ' οἱ τ̃ῶν νίσιβιν εἰκαθήμενοι φίλον τὸν αὐτοκράτορα Χοσρόην διέγνωσαν, συμμάχους τε αὖτ̃ῶ δυνάμεις μεγάλας κατεμβεβλήσονται, γίνονται εἰς κωνσταντίναν, τ̃ῶ γνώμῃ μεταθεσμήσαντες. ὁ δὲ πολιὴν ἔχων Χοσρόης λιπαυθεὶς τ̃ῆς ὑποχέσεσι, καὶ τ̃ῆς ἐλπίσι χαιρόμενος πάντα, ἅπασαν ἀραβίαν τ̃ᾶς τε μέχρι τίγριδος ποταμοῦ, πρὸς τὸν Χοσρόην, ὡς ἔσιν εἰπεῖν, μεταθήσιν. Οἱ δὲ τ̃ῆς μαρτύρων ἐχόμενοι πόλεως, καί τοι τ̃ῆς πολιορκίας ὑπὸ Ρωμαίων ἀπεσχέσης, τοῖς ἐν παραβύστῳ τ̃ Χοσρόου πρεσβεύμασι πιθανοὶ πως γινόμενοι, οὐκ ἐδίδοσαν τ̃ῶ πόλιν Ρωμαίοις, ἀλλὰ καὶ μάλα καρτερῶς ἀντέβαλλον. τοιαρᾶν ὅτε καταφορὰ παυουργῶν γέγονεν ὁ Χοσρόης, δολομεπανὸς λογισμοῦ ἀγχινοίᾳ δυσκατα-

tum ad ſe Bindois, tum quæ Varamo euenerint, vt digniſsima narratu, mira cum voluptate explanat. Iis Beſtamius quoque maiorem in modum recreatus, ad Choſroen ſuper iis litteras fa; cit. Cernens Bindoes fortunam Choſroen iterum fulcire, ingenti impletur fiducia, pecuniamq; regiam ſuis, pro beneuolentia in vnumquemque dilargitur. Ad Niſibim ſedentes, vt Imperatorem Choſroæ amicum eſſe, eiq; magnas ſubmiſiſſe copias intellexerunt, immutati animis Conſtantinam procedunt. Præfectus autem Niſibenus, pollicitationibus Choſroæ inescatus, & ſpei per omnia gratificans, vniuerſam Arabiam, omneſque vrbes ad Tigrim vſque (prope dixerim) Choſroæ tranſcribit. Cæterûm qui Martyropolim aduerſus Romanos tuebantur, clandeſtinis Choſroæ mandatis morem gerentes, ac deditionem minimè facientes, viriliter admodum vim propulſabant. Proinde vbi aſtutè agere Choſroes deprehẽſus eſt, Domitianus ſolerter excogitatũ, & labefactatu difficile conſilium nequitiæ Perſicæ opponens, tectã fraudẽ bullæ inſtar exſufflãdo diſſoluit. Accerſi-

tis

μάχητον αὐτιπεραπύσας βελλῶ τῶ περσικῶ δόλω, δικῶ τομφολύγων ἐκφύσεως ἀμαλύει τὸ ὕπτιλον. μεταπεμψάμενος γὰρ ὡς ἑαυτὸν τὸς ἀξιολογωτάτους τῶν ἀειφρυρέντων τὸ πόλισμα, ὃς μὲν ὑπήγετο λόγως, ὃς δ' ἐξωνεῖτο τοῖς δώροις. ἀναμιμνήσκων τῶν τε τῶν Ρωμαίων ἐπιτροπείαν ἐσκειμένων τῇ πόλει, τόν τε χοσρόου τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικηρείας δεόμενον, τόν τε βαράμ ἀμφίβολον ἀειφειμένον τύχω, καὶ τοσοῦτων εἶχεν ὁ λόγος τῶν δυνάμεων, ὡς διαρρηγῆναι τὴν γνώμης τὸς τῶν μαρτύρων πόλιν κατέχοντας, ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ. ἕως γάρ μοι νῦν τῆς ἐκείνου γνώμης ζωγράφος ὀμηρεύσαι γλῶτα. καὶ δῆτα ἐυνέχον εἰς τῶν βασιλικῶν δορυφορείαν ζωπυρωμένων αὐτῷ τὸν κορυφαιότατον (ὃν πραιπόσιτον εἴθισεν Ρωμαίοις ὀνομάζειν) ἀνὰ τὴν μαρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε, παρακελευόμενον πέρσαις τὸ ἄστυ καταλιπεῖν, καὶ ἀειτῶν νίσσειν ἀγραυλίζεσθαι. οἱ μὲν οὖν πέρσαι τῶ βασιλέως χοσρόου μεγαλόνοι τῶν γνώμῳ, σπονδὰς μὴ τῶν πολιορκέντων ζωθέμενοι, τῆς πόλεως ἐξεχώρησαν. τῶν τίνων ἡγεμόνων ἐς κωνσταντίναν ἥκόντων, ὥφθη καὶ σίττας ἐκεῖνος αὖ μεμιγμένος αὐτοῖς, ὁ τῶν μαρτύρων πόλιν ὁρμίσθα τῷ περσῶν βασιλεῖ παραχόμενος δόλῳ. ὁ μὲν ἔνδομείκιος διεφείλατο χοσρόης ὡς ἔχόσια εἰς ἐυεργέτας καὶ Ρωμαίους διεγχειρεῖ, αἰεχόμενος ἀνδρὸς προδότου, πολλὰ εἰς Ρωμαίους κακὰ μηνύσαντος, ἀναμιμνήσκων ὡς καὶ τῷ βαράμ φίλος σίττας γεγένῃ), καὶ ἤκιστα ζωοίσην αὐτῷ εἰ πολλὰ πεισμένῳ ἄνδρα παλαμ-

tis enim ad se præcipuis de præsidio, quosdã verbis inducit, quosdam donis pellicit, eos & Romanorum vrbi capiendæ insistentium, & Chosroæ Imperatoris subsidio indigentis, & ambiguæ incertæque fortunæ Varami comonefaciens. Ac tantum valuit Domitiani oratio, vt sententiis discordarent præsidiarij, ἑκὼν', ἀέκονπί γε θυμῷ, *volentes nolentesque* (liceat enim nunc mihi eorum sensum Homericis verbis depingere.) Quocirca eunuchum, satellitũ regiorum principem (quẽ Romanis Præpositũ vocare mos est) Martyropolim mittit Chosroes, hortaturque Persas, vti vrbem tradant, & Nisibin concedant. Persæ Chosroe immutato, pacta conuenta cum obsidentibus ineuntes, oppido excedunt. Ducibus ipsis Constantinam intrantibus, inter eos etiam Sittas, qui Hormisdæ Martyropolim dolo prodiderat apparuit. Domitianus Chosroæ denuntiat, illum aduersus Romanos de se bene meritos iniustum videri, cum proditorem, deque Romanis ita meritum, vt qui pessimè, toleret; admonens, eum Varamo quoq; amicum fuisse, & hominem pestilentissimum, perfidissimumq;

ναῖον καὶ ἀπιστότατον. μήπως γε τὰ Ρωμαίων πληθη ξυσταφέντα, αὐτὴ χοσρόην καὶ τὸν σίττιαν ἀφανίσωσιν καὶ τὰ τῆς ἀγωνίας τῷ βαρβάρῳ, λάθοι ἀναπωλαν. διὰ τοῦτο ξωσιλέων ὁ χοσρόης, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν κολακείας ἀποπειώμενος, ἕκδοτον καὶ μενιόλῳ σίττιαν καθίστησι δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ στρατηγὸς ἐπ' ὄψεσι ξ ὁπλιτικῇ αἰκισάμενος, τῷ τὸν τῷ πυρὶ παρεδίδου κατανθρακώσας τὴ φλογί, δίκην τῶν ἡμαρτημένων τὸν σίττιαν ἀπέπεμπεν. ὁ μὲν δὴ δομετιανὸς ἱεροπρεπῶς ἐς τὰ τοῦ ἀγῶνος διεπονεῖτο, ὡς ἐνὸν ἐς τὰ μάλιστα. τοῦτο τὸ συνομοσαμένους τοῖς βαρβάροις Ρωμαίους ἐς τὸν τοῦ ἀγῶνος ἄλλοσιν, καὶ μενιόλῳ παρεδίδου τῷ στρατηγῷ. τούτων τοίνυν ἀξίας ὑποσχομένων δίκας τῶν κατὰ τῆς πατρίδος δεδραπεταγμένων αὐτοῖς, ὁ ἱερεὺς τὰ ζωτηρίας τὸν ἑορτὸν ἐγκωμίζων τῆς πόλεως, πανήγυριν τε τοῖς καλλινίκοις ξυσταμένου μάρτυσιν, ἀπὸ τῶν βημάτων τῶν ὑψηλῶν τῆς ἐκκλησίας ἀνόμενος, παιωνίζων ἄσμα καινὸν τῷ χριστῷ ἐπινίκιον, τοῖς ὡσὶ τοῦ κατηκυλησιασθέντος λαοῦ τάδε τῶν διηγόρευεν.

benefactis suis malè gratiam relaturum; ne fortè coëuntes Romani ipsum, & vnà Sittam è medio tollant, bellumque cum Varamo terminetur. Ob hanc causſam prudens Chosroes, & opportunitatem temporis præsentem obsequio emẽdam censens, Comentiolo Sittam addicit: quem ille postera luce in omnium conspectu flagris cęsum rogo tradit, & flammis delictorum pœnas ab eo reposcit. Domitianus igitur, vt sacerdotem decebat, & quantum maximè poterat, pro vrbe recipienda laborabat. Aſt Romanos, qui ad vrbem occupandam cum barbaris malè conspirauerant, duci contradidit, quibus pro sceleratè contra patriam perpetratis commerito supplicio multatis, Episcopus festum diem partæ salutis ciuitati instaurans, martyribusque præclaris victoribus panegyrin, siue celebritatem instituens, è sublimi Ecclesiæ suggestu, ad gratulandam Christo victoriam canticum nouum cantans, ad populũ congregatum ita differuit.

CAPVT

CAPVT XVI.

Festiuissima Domitiani concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad lætitiam inuitatur: clementia Imp. eximiè commendatur; exemplum humanitatis Iesu Christi seruatoris nostri inducitur; Persisq; hostibus insultatur. Applausus populi, & præ gaudio lachrymæ erumpentes.

Οὐκ ἐν πολέμοις μόνον, καὶ ζυμπλοκαῖς, καὶ ἐκβάσεσι τῆς σάλπιγξιν ὁ δαβὶδ ἀλαλάζει, ἀλλὰ καὶ ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς τῷ θεῷ πάντων ζαλπίζει θεῷ. πρέπει γὰρ καὶ πολεμικοῖς ὀργάνοις ὑμνεῖσθαι θεόν. ἀρχηράτην γὰρ ἔτος ἐκβάσεως, κραταιός τι καὶ δυνατὸς ἐν πολέμοις πρεσβεύεται, καὶ ἐξ ὧν ἡ εὐδόκησις πέφυκεν, ἔδει πως πάντως προελθεῖν καὶ τὸν αἶνεσιν δεῦτε, καὶ ἡμεῖς ταῖς νοηταῖς ἀλαλάξωμεν σάλπιγξι, ταῖς διανοίαις φημὶ, καὶ κεράτιναις, ὡς ἰουδαίοις νενομοθέτηται. ὁ γὰρ ἀλέγων μέλεσι διὰ τὸ παχὺ τῆς διανοίας γεραίρειν ἡμεῖς θεὸν προσεβάχθημεν. ζυσησώμεθα γὰρ ἑορτῇ, μηκέως τῶν κεράτων τὸ θυσιαστήριον, καὶ μόνον θήκωσιν, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἄνω ἱεραρχίας αὐτοῦ θεοῦ, ἧς ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδέκ, ὁ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθήμενος, καὶ ἔστι, καὶ ὀνομάζεται. τῷ ὄντι γὰρ ἐν βραχίονι κράτος ἐποίησεν. ὄρη ταπεινώσας φρυάγματος, καθελὼν ἀπὸ θρόνων δυνάστας, καὶ πάλιν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τῆς βαβυλωνίας τὰ μεγαλεῖα τοῦ πνεύματος, δεδαγώς

NON in bellis tantummodo, atque in prælijs, & congressibus, sed etiam in insigni die solennitatis, Dauid Deo altissimo tuba canit. Condecet enim bellicis quoq; instrumentis collaudare Deum, qui primarius in pugna dux, fortisque & potens in prælio colitur: & vnde natum est decus, inde quoque laudem procedere planè oportet. Agite dũ, nos quoq; tubis, quæ intelligentia percipiuntur, clangamus; animis, inquam, non corneis tubis, quemadmodum lex Iudæis præscripta requirebat. Nec enim nos, vt illi, propter mentium hebetudinem animantium brutarum membris venerari Deum iussi sumus. Constituamus itaq; diem solennem, non vsq; ad cornua altaris duntaxat: sed vsque ad cœlestem hierarchiam pertinentem, cuius ἀρχιερεὺς Pontifex in æternum, secundum ordinem Melchisedech, sedens ad dexteram maiestatis Dei, & est, & nominatur. Profectò potentiam fecit in brachio suo, montium fastum humiliauit, & depositis de sede potentibus, rursum magnalia spirit⁹ super Babylone omnibus

„ γὰρ λέοντες καὶ δράκοντες ἐλιδοῦνται, καὶ
„ πίπτουσι, καὶ Βὴλ, καὶ Μίθρας αἰχμάλω-
„ τοι ἄγονται· καίεται μὲν πῦρ, μὴ-
„ τε μαρτύρων ἐσθῆτος τυραννῆσαι δυ-
„ νάμενον, ὑπὸ νάφθας, καὶ πίττης ἀ-
„ φθόνως καταβρεχόμενοι. πάλιν δεξιὰ
„ κυρίου ἐποίησε δύναμιν, ἐπάρσεως καὶ
„ καταιγωγὴν χαλδαϊκῆς, οὐκ ἐν τοί-
„ χῳ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ τὴν προαγόρευ-
„ σιν γράφουσι. καὶ διαιρεῖται βαβυ-
„ λώνια σκῆπτρα· καὶ ὑβρεισὴς καθί-
„ ζεται θρόνος· καὶ πάροινος βασι-
„ λεία συστέλλεται· καὶ τιμᾶται πάλιν
„ ὁ ταπεινόμενος· καὶ κρατύνεται ὁ νι-
„ κώμενος· πάλιν τὴν στείραν πόλιν διὰ
„ τὸν πόλεμον, ὡς μητέρα δι' εὐτεκνίαν
„ εὐφραινομένην ἐστὶ θεάσασθαι. μηδεὶς
„ ἀμπεχέσθω τῆς βασιλικῆς ταύτης
„ πανηγύρεως ἀναξίαν ἐσθῆτα. πάντες
„ τῇ καθαρότητι τὸ βίσσινον ἀμπισχόμεθα·
„ σωμεν, ἵνα μὴ ἀνάξιοι τῆς εὐωχίας
„ τὴν ψυχὴν περιβαλόντες στόλισμα, ἀ-
„ νάξιοι φανῶμεν τῆς μεγαλήψεως, καὶ
„ τὰ ἀκόλαστα καταπεμψώμεν τοῦ ὄπους
„ τάξεως. ἐγκαινίζει πόλις ἀγαλλιά-
„ σεως, ἥκει γάρ σου τὸ φῶς καὶ ἡ δόξα κυ-
„ ρίου ἐπὶσε ἀνατέταλκε. ταῦτα μοι λέγει
„ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν ἐπαγγε-
„ λίαν ἀπαίρομαι, καὶ ἡνωῦται τὴν
„ προτέραν φωσφόρου δόξαν, καθέ-
„ ζηκεν. ὁ γὰρ δήμους μαρτύρων ἐν τοῖς
„ ἔμπροσθεν καὶ πρεσβυτέροις χρόνοις
„ ἐκένησε πᾶσαν ἀτιμίαν, καὶ λεωφό-
„ ρους τῶν σῶν λαγόνων ἐπικυμαίνουσαν.

bus prodidit. Subiguntur enim leones, & dracones eliduntur, & Bel, atque Mithras captiui abducuntur: Flacceſcit ignis, & quanquã naphta, ac pice largiter imbutus, nec veſtem quidem martyrum adurere poteſt. Iterum dextera domini fecit virtutem, cõpreſsitq; ſpiritus Chaldaicos, non in pariete, ſed in cœlo prædictionem ſcribens: & diuiduntur ſceptra babylonica: & thronus inſolens deiicitur; & regnum temulentũ contrahitur: & quod humiliatum erat, denuo honoratur; & quod victum erat, corroboratur. Rurſus ſterilem vrbem propter bellum, vt matrem ob filiorum multitudinem lætãtem aſpicimus. Nemo veſtem hoc panegyrico feſto indecorã induat: omnes vitæ morumq; cãdore ac puritate candidum geſtemus habitum; ne ſi animam ſecus, quàm regale conuiuium deceat conueſtiuerimus, qui ad id admittamur, indigni iudicemur; & his damnemur, quæ ab eodẽ eiectos conſequuntur. Renouare, renouare vrbs exultationis: venit enim lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Hæc enim dicit Spiritus ſanctus, & promiſſa amplector; & quę nunc eſt gloria, priorẽ claritatem ſuperat. Haud enim populos martyrum ſuperiore memoria poſ-

„ ſidebas, omnem ſemitam, & compita tuorum viſcerum inundantes.

Plus

ἐπιφανεστέρα σοι τὴ ἀλώσεως ἡ ἀνάζωξις. ἦν γὰρ ἔκλεψε δόλος, νυῦ φόβ& ἀπέδοτο· ἡ γὴ βασιλέως βαρβάρε πανυργία κακῶς ἀπεσύλησε, νυῦ ἐπιφανεστάτη δεκλαγωγία καλῶς αὐτὸ ἀπέδωσι. ταύτην οἰκέτης ἐσαλμέν& ὑμῖν, ὦ μάρτυρες, προσηγάγετο, ζυμμάχες ἐλέαζ ἱκετεύοντ&, ἃς αὐτὸς ὁ πρότερον οὐκ ἐπεστέλλετο, ἐξ ἀποτύξεως διδαχθεὶς τὴν εὐσέβειαν. ἐπεὶ καὶ Φαραὼ ὁ πάλαι μαστιζόμεν& ἢ νεθετούμεν&, θεὸν σέβειν ἠνείχετο. ταύτην ὑμῖν ἀνατίθησι μάρτυρες Βαβυλώνι& τύραννός τε καὶ ἔπηλυς. ὁ τῆς ἑαυτῦ βασιλείας θραπέτης. ὁ νυῦ Ρωμαίοις ἀντὶ πολεμίε πεθήνι&. τοσαῦτα γὰρ ὑμεῖς τοῖς αὐθεσηκόσιν ἐπαλαμήσασθε. ἐξέστη ὁ τύραννο& ἐπὶ τύχῃς. ἔμφοβ& καὶ ἔντρομος ἐγένηθη ἡ γῆ. ἐπετίμησε γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τῆς ἀναξιάς αὐτε ἡ ἀλλοίωσις αὕτη, ἀπ' ἄκρε τε οὐρανε ἡ ἔξοδο& αὐτῆς, καὶ τὸ κατάντημα μέχρι τῶν περάτων τῆς. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτῆς. πλήρης χάριτ& καὶ δυνάμε&. οἱ γείτονες ποταμοὶ προφητικῶς χεῖρας κροτήτωσαν. φερωνύμως νῦν ὁ Εὐφράτης ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις εὐφρανέσθω τῷ κτίσαντ&. ὁ τίγρις μεταβαλέτω τὸ ἠνιῶδες πρὸς τὸ φιλάνθρωπον. ἡ καρπάλη γὰρ τῶν φόνων αὐτῷ καταλέλυται. ἄσωμεν ᾠδὴν τῷ κυρίῳ ζωτήριον ἄσωμεν αὐτῷ μετὰ τῶν μαρτύρων ἐπινίκιον ὕμνον. ἀναγγείλωμεν ἐπὶ τ πολεμῶν Βαβυλῶνος τ δόξαν

Plus tibi ad gloriam proficit ita liberatam, quam ita captam esse. Quam enim dolus subiugauit, nunc metus restituit: & quã regis barbari calliditas improbè pro spolio abstulit, nũc illustrissima receptio probè rependit. Hanc famulus vester missus, vobis reconciliauit, ô martyres, socios sibi conatus adiungere, quos Dei aduersarius antea non rogabat, ex infelici successu pietatem doctus; quoniam & Pharao quondam flagellatus, siue admonitus, Deum coli passus est. Hanc vobis consecrat Babylonius tyrannus & aduena, è suo ipsius regno profugus, qui pro hoste nunc Romanis est subditus. Talia quippe vos contra inimicos effecistis. Tyrannus super his obstupuit, terra timuit, & contremuit. Increpauit enim gentes, qui est ab initio: & dexteræ eius mutatio hæc est. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad fines terræ. Et vidimus gloriam eius, plenam gratiæ, & potentię. Vicina flumina secundùm Prophetam plaudant manibus. Nunc Euphrates nomini suo congruenter lætetur super magnalibus cõditoris. Tigris feritatem in humanitatem mutet. Iam enim cæsorum cadaueribus se amplius non ingurgitabit. Cantemus domino canticum salutis. Cantemus ei cũ martyribus hymnũ de parta victoria. Annun-

„ αὐτῷ, ζκιρτῶντες τῷ πνεύματι. ἐρεῖ γὰρ
„ θρῆνον ἰουδαϊκὸν κατακρίθημεν, ἢ αἰ-
„ σχύνην αἰχμαλωσίας ὑπὸ τῶν λαφυ-
„ ραγωγησάντων ὀνειδιζόμεθα. προ-
„ τεθείκαμεν ἡγεμόνα τῆς εὐφροσύνης τὸν
„ κύριον, ἵνα μὴ τὸ ἄνω ἱερουσαλὴμ ἐπι-
„ λαθώμεθα, ἡ γλῶσσα ἡμῶν κολ-
„ ληθήτω τῷ λάρυγγι, ὡς κακῶς μὴ
„ μεγαληγορήσασι θεὸς τὰ παράδοξα.
„ νῦν ἡ θυγάτηρ Βαβυλῶνος καὶ τὸ γε-
„ γραμμένον ὄντως ζαλαίπωρος, ἡ τὸ
„ ἀγερώχων ἐπιβαίνουσα σκῆπτρον, καὶ
„ μακαρίζεται βασιλέως εὐσέβεια. ὃν
„ ἐπάγουσι πάντη τὸ ἰσοτάσιον ὄλεθρον,
„ ἡ ἀντιπέφευγε τὸ ἀνταπόδομα, ὃ
„ αὐτεπέδωκεν ἡμῖν. πλειστάκις γὰρ αὖ-
„ τὴ διαθήκη δωτέρᾳ τῷ νοητῷ ἰσραὴλ,
„ ὁ βασιλεὺς ὃν ἀποδοκιμάζεται· ἡ
„ μέρον, οἰκτείρων πολέμιον. ἔτι σαμουὴλ
„ ἐπὶ τούτῳ διαπληκτίζεται, παντοκρά-
„ τορι, κυρίῳ ζηλῶν. ὁ γὰρ ἰησοῦς ὁ χρι-
„ στὸς, ὁ παλαιὸς ἡμερῶν, καὶ πρεσβύτε-
„ ρος, εὐσεβέστερον θυσίας οἶδε τὸ ἔλεον,
„ καὶ τὴ πατρῴαν βασιλείαν καθαπλη-
„ ροδοτεῖ τοῖς οἰκτίρμοσι. καὶ φιλανθρω-
„ πίας ἔχων ὑπόθεσιν, καὶ δούλου λαμβά-
„ νει μορφὴν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνα-
„ ναστρέφεται, καὶ τὸ φάτνιον γνωρίζει καὶ
„ τὴν ὄνον τὰ ἄρματα, καὶ φάτνῃ τὸν ἡνι-
„ οχοῦντα τῶν μάχαιραν, καὶ τῇ αἰγύπτῳ
„ συμπολιτεύεται, εἶτα τὴν ναζαρὲτ κατοι-
„ κεῖ, καὶ γαλιλαῖος κηρύττεται, καὶ σοφία
„ προκόπτει, καὶ φθόνῳ κακίζεται, καὶ
„ ὑπὸ σαδδουκαίων πειράζεται, καὶ μετὰ τῶν
„ ἁμαρτωλῶν συναυλίζεται, καὶ πρὸς

Annuntiemus super flumina Babylonis gloriam eius, in spiritu exilientes. Nō enim Iudaicis fletibus damnati sumus: nec à prædatoribus captiuitatis dedecus nobis exprobratur. Ducem lætitiæ nostræ Dominum præponamus, ne supernæ Hierusalem obliuiscamur, & lingua nostra adhæreat faucibus; vtpote quæ malè Dei admirabilia non magnificet. Nunc filia Babylonis, sicut scriptū legimus, verè misera est, superborum sceptra ascendens, laudaturq; Imperatoris pietas, perniciem illi nō remetiens, nec retribuens retributionem, quam retribuit nobis. Alterum siquidē testamentum obseruatur, Israëli intellectuali præcipiens, ne malū p malo reddat. Et hodie rex hostem miserans non reprobatur: nec Samuel omnipotenti Domino zelans, propter hoc altercabitur. Dominꝰ enim Iesus Christus antiquus dierū, & omni æuo antiquior, misericordiam sacrificio religiosiorem ducit; & paternum regnum misericordibꝰ impertit; & humanitate victus, etiam serui formam accipit, & cum hominibus cōuersatur; & pręsepe nosci: & fasciis inuoluitur; & tyrannicū gladium fugit; & in Aegyptum emigrat. Deinde Nazareth habitat, & Galilæus proclamatur; & sapientia proficit; & ex inuidia vituperatur; & à Sadducæis tentatur; & cum peccatoribus commora-

παθος ἐκδίδοῖ, καὶ σταυρὸν καταδέχεται, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων λογίζεται, καὶ τάφον ἀπαλάζεται, καὶ μεταφοιτᾷ πρὸς ἀνάστασιν, καὶ πάντα παθὼν κατησμένισεν, ἕν μονον ἡμῶν ἀπολαύων, ὃ καὶ ζωζόμεθα. ἄσωμεν τῷ κυρίῳ, ὅτι ἐξόδιον ἄσμα. ἑπιβατήριος γὰρ ἡ πανήγυρις, καὶ πόλις, καὶ ναὸς ἐγκαινίζεται, καὶ νόμος ἀνακαινίζεται πάτριος, καὶ ῥώννυται πίστις ἀκίβδηλος, καὶ τὸν ἐγκαινίζοντα βλέπω χριστὸν, ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας τὸ τροπαίων τὰ ζύμβολα ἐπὶ τῶν ὤμων φερόμενον. ὃ δὴ θρίαμβος ὁ σταυρὸς, δι' ὃ ξενηλατεῖται τὸ βάρβαρον καὶ ῥωμαϊκὸν εἰσοικίζεται. ἄσωμεν τῷ κυρίῳ, ὕμνον ἐξόδιον. ἐξοικίζεται γὰρ ὥσπερ, ὥσπερ ὗς ἐκ δρυμοῦ τὸ βαβυλώνιον φῦλον, τὸ καταπατεῖν τὰ ἅγια τοῖς ποσὶν ἐγχειροῦν, καὶ τὰς μαργαρίτας τῆς πίστως τοῖς ὄνυξιν ὑποθράυειν καταμωμένον. μιμησώμεθα τὰς ἐπὶ τῆς βαβυλωνίας δοξολογήσαντας, καὶ τὸ ἐκεῖνον χοροστασίας θιασῶται γνώμεθα. ἀνενέργητον γὰρ καὶ νῦν τὸ χαλδαίων τὸ πῦρ, καταφλέξαι τῶν μαρτύρων τὸ πλίσμα, εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, καὶ τὰ πεδία χαιρέτωσαν. καταβλήθη γὰρ ἔθνη τὰ φιλοπόλεμα. διέγνωσαν θεοφητικῶς, ὅτι ἄνθρωποι καθεσήκασι, καὶ τῶν ἑαυτῶν ζωπλάστου νεῦ τὸν φύσιν οὐκ ἠγνοήκασι, καὶ ἃ μαθεῖν οὐκ ἐνῆν εὐπεραγήσαντες, τὰ παλαιπωρημένους διδαχθέντες ἐστὶ θεάσασθαι. ταῦτα ὑπὸ

moratur; & tormentis deditur; & « crucem suscipit; & cum iniquis « reputatur: & sepulchrum non re- « fugit; & ad resurrectionem tran- « sit; & omnia libens patitur, vnum « hunc fructum ex nobis percipi- « ens, quod saluamur. Cantemus « Domino, nō egressus canticum: « est enim scansoria panegyris; & « vrbs, & templum renouantur; & « lex patria instauratur; & fides sin- « cera confirmatur; cernoq; Chri- « stum in medio Ecclesię trophęo- « rum symbola humeris sustinen- « tem. Triumphus autem crux, per « quam barbari, & peregrini, & ex- « teri abiguntur; Romani contra, « vt domestici introducūtur. Can- « temus Domino etiam hymnum « ἐξόδιον, id est, egressionis. Nā per- « inde vt sus è sylua glandifera, ex « vrbe natio Persica expellitur; quę « sancta pedibus conculcare aude- « bat, & margaritas fidei, vngulis « furiosè cōterebat. Imitemur eos « qui Babylone glorificarunt Deū, « illorumq; choreæ sodales fiam°. « Nam & hodie Chaldęorum ignis « martyrum vrbem exurendi vim « nullam habet. Lætentur cœli, & « exultet terra, & campi gaudeant. « Prostratæ sunt gētes belli cupidę. « Cognouerunt, iuxta Prophetam, « quoniam homines sunt, & natu- « ram coagmentationis suæ nunc « senserunt: quæq; rebus secundis « vtentes discere nequiuerunt, ad- « uersis eruditi iam possunt intue- « ri. Hæc prę gaudio ad vos extem- «

„ τῆς χαρᾶς ὑμῖν προβάλλοντες, ὕμνον
„ ὑμῖν ἀπαρασκεύαστον προσεθήκα-
„ μεν, τράπεζαν ἀγγέλων, ξυμπόσιον
„ ἀπλοϊκὸν καὶ ἀποίκιλον. φιλεῖ γὰρ τὸ
„ θεῖον καὶ τοῖς ἀπωτάτω γεραίρεσθαι,
„ καὶ τὰ μὴ μεγαλοπρεπῆ τῆς δορυφο-
„ ρίας προσίεσθαι ἐν καινίσῃ καρδίας,
„ σὺν ἓν ὄγκῳ δωρήματος ἐξετάζον τῆς
„ εὐχαριστίας τὴν πρόοδον. τὸν πατέρα
„ νῦν δοξολογεῖν οὐ παυσώμεθα. τὸν υἱὸν
„ προσκυνεῖν, ὡς φύσει θεὸν, οὐ καταλήγ-
„ ξωμεν. τὸ πνεῦμα γεραίροντες, ὡς ἓν
„ πεφυκὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, σὺν
„ ἀποχώμεθα. θεὸς γὰρ τὰ τρία, ᾧ ἡ
„ δόξα καὶ τὸ κράτος τῶν ἀπείρων αἰώνων,
„ καὶ μὴ τὰς αἰῶνας ἀπερώντες.

Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ πᾶς τὸ τῆς Μαλαλιαῖς τῷ ἱερεῖ ἐπεφιλοσόφητο, λίαν ἐπαγ-γετῶς σκηπτὸς τὸ ἄθροισμα τὸ μεγαλόνουν τῆς Μαλέξεως, καὶ πολὺ τὸ δάκρυον τῇ χαρᾷ κεκραμένον ὑπὸ τῆς κατανύξεως τοῦ λόγου τῇ ἐκκλησίᾳ προεκέχυτο, καὶ φιλόδακρυς ὢν ἡ πανήγυρις, σὺν ἔχουσα πάθους ὑπόθεσιν. ἅπαξ γὰρ ὁ καιρὸς παρεκάλει τὰ δάκρυα, χαρᾶς ὢν ἀλυπήτου, καὶ τοῦ λυπήσοντος. ὁ μὲν δὴ ἱερεὺς ζεφαγιάσας τὸν ἄρτον. τὸν τε οἶνον ἱερουργήσας, τοῖς θεανδρικοῖς μυστηρίοις τὸ ζωτελὲς τῇ μεγαλήψῃ ἡγίαζε καὶ ἅπαξ πᾶς ἡ πόλις ἡμέραις ἑπτὰ τοῖς θυμηδίαις καθηδρύζετο.

pore prolocuti sumus, & hymnũ vobis imparati ꝓposuimus, mẽsam angelorũ, conuiuiũ simplex, & varietatis expers. Amat enim diuinitas etiam non compositis donari, & admittere cultus quãuis non magnificos, ex renouatione cordis, non ex pondere, & amplitudine doni gratiarum actionem æstimans. Nunc patrem glorificare ne cessemus; filium adorare, vt natura Deum ne desinamus; spiritum vt vnam de tribus hypostasibus venerari ne desistamus. Deus enim hæc tria sunt, cui & ante omnia sæcula, & post omnia sæcula gloria infinita.

Postquam Episcopus hæc sapienter disseruit, audientiũ multitudo disputationem magnificã miris plausibus prosecuta est, magnamque lachrymarum vim gaudio permistam prę compunctione ex eius verbis enata effudit, eratque panegyris omnino lachrymosa, cum dolendi caussa nulla subesset. Sic enim tempus ad collacrymãdum hortabatur: quãuis quod ob molestiam, doloremúe ad id eos commoueret, nihil esset. Antistes igitur pane, & vino solenni ritu consecratis, mysteriis Dei hominisque conuẽtum per communionem sanctificabat. Et hunc in modum ciuitas dies septem cum oblectamento in feriis consumpsit.

FINIS LIBRI QVARTI.

HISTO-

HISTORIAE MAVRICIANÆ

LIBER QVINTVS.

PHOTII CONSTANTINOPOLITANI IN EVNDEM LIBRVM

SYNOPSIS, SIVE SVMMA.

HOSROES Persarum rex animi anxius, Sergium martyrem (cæteris quoq; barbarorum nationibus sanctum ac venerabilem) precatur, vti calamitatem ab se depellat: crucem auream, gemmis distinctam eidem vouet. Zadesprates à Rosano Salchonis hortatu circumuentus occiditur; aliaq; præterea, Chosroæ haud iniucunda eueniunt. Pecuniam à Mauricio mutuatus, syngrapham dat. Eius legatio super Comentiolo duce in ordinem redigendo, in cuius locum Narses sufficitur. Romanorum aduersus Varamum tyrannum auxilia. Mauricij ad Chosroen dona regalia, qui per Dolabranum Legatum claues Daræ oppidi Imperatori contradit. Domitiani Melitenæ Antistitis ad Romanos de Chosroe contra Varami opes adiuuando præclara oratio. Ante Romanorum, Persarumq; dimicationem Chosroæ oblata felicitas. Thesauri regij, & regnum eidem opera Mebodis restituuntur. Romanarum, Armeniarum, orientaliumq; copiarum coniunctio. Prælium cum Varamo, & Romanorum Narse imperatore victoria splendidissima. Capti etiam Turcæ, in frontibus crucis figuram ferentes; quod quidem, vt narrabant, aliquando pro liberatione à grassante pestilentia matres adhuc pueris inusserant. Chosroæ in regiam reuersio. Res Golniduchæ, quæ in Perside vitam vixit asceticam. Dona à Chosroe Sergio martyri sacrata. Ad eundem diuum preces eiusdem pro su-

scipiendis ex Sira Christiana fœmina liberis. Voti compos, rursum donaria sumptuosa ad eius ædem mittit. Tyrannidis conscios, atq; adeò ipsum Bindoem, vt aduersus regem nefaria molitum, vita expellit. Eius de Romana repub. ex dissidio tyrannis seruitura prædictio. Probi Chalcedonensis Episcopi legatio, & de imagine Dei matris; quomodoq; legatio illa euenerit. Imperator à Septimo domum regressus, Zalambanum Legatum Persicum audit. Terriculamentum forma suilla eidem in itinere obiectum.

CAPVT I.

Varamus re cum suis deliberata, copias aduersus Chosroen in diuersa loca destinat. Nisibi conuiciis inceßitur. Zadespratæ nuntij pessimè ibidem accepti, ad Chosroen transmittuntur, qui in aduersa fortuna Sergij martyris opem, cum promißione crucis aureæ, lapillis distinctæ implorat. Zadespraten Rosas à Salchone impulsus, strategemate quodam interficit.

Ὁ δὲ Βαραὰμ τῆς Ρωμαϊκῆς διηυτυχηκὼς εὐμενείας, ἐκκλησίας ἀγείρας, καὶ περὶ τῶν ἐν παροῦσι κοινοὺς λογισάμενος, ἐκ τῶν ἐπιφανεστέρων ἄνδρ' ἐς ἀνδρείαν τὰ ὑπερόχλα κεκτημένους, χειροτονεῖ στρατηγὸς, ὅπως τῇ ἀντιθέτῳ περιοίᾳ τοῖς χοσρόου πράγμασιν ἀντιβαλαντοῦσι παρῇ τὸ ἀπερίσκοπον. καὶ ἦν τὸν μιραδουρινὲς, τὸ ἀνάθων φρούριον, τὸ πρὸς τὸ κιρκησίῳ παρὰ τὸν εὐφράτην ὠκοδομημένον ἐξέπεμπεν μὴ πλήθους ἅμα ὁμοῦ. ἐξεπέμπετο δὲ καὶ ἐς τὰ νίσιβιν, τὰ τε σύγχορον ἀραβίαν τὸν ζαδεσπράτην τὸν ἄρτι στρατοῦσαν τῷ φερόχαϊ. ὁ μὲν ἦν ζαδεσπράτης τὰ βαβυλῶνα ἀπολιπὼν, ἀγγέλους ἐς τὸν σολχαὶν bim

VAramus Romanorũ gratiæ, beneuolentiæque repulsam passus, coactis primoribus, communicatoque de præsenti rerum statu consilio, duces è nobilioribus, animi fortitudine excellentes legit; vt nimirum cura & prouidẽtia, rebus suis integris Chosroæ occurreret. Ad Castellum igitur Anathan, prope Circesium iuxta Euphratem situm Miradurinem cum agmine expedito: Zadespraten, qui nuper adeò Pherochanis signa secutus fuerat, Nisibim & in Arabiam finitimam mittit. Zadesprates itaque Babylonia digressus, Solchani super aduentu suo Nisi-

ἐξέπεμπε, προαγορεύοντας αὐτῷ τὴν ἐς νίσιβιν ἄφιξιν. μενόντος ὁ σολχάνης, ὅτε τάχιστα ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τὰ τῶν μεγαλαυχημάτων ὑπερόγκων ζαδεσπράτα μέγνωκε, τῇ ὑστεραίᾳ καθίσας συνέδριον, ἐς ὑπήκοον τῶν συμβεληλυθότων προσέπεμπε τοὺς ἀγγέλους, ὅτε αὖ εἴη αὐτοῖς ἡ αἴτησις μηδέν τι τῷ δέει συγκλείοντας ἐκτίθεσθαι. οἱ μὲν δὴ ἐξυπηρετήσαντες τῷ προστάγματι διεξήεισαν ἅπερ ὁ πομφώδης αὐτοῦ διηγόρευσε. πολὺ τοίνυν γεγονότος τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν αὐτῶν τῷ βαρβάρῳ λοιδορημένων, ὁ σολχάνης αἰκίσας αὐτοῦ ἀγγέλους, ἐτίμωσε, καὶ δεσμοῖς ἀφύκτοις ἅπασι καταπαλαπωρήσας, ἐς χοσρόην ἐξέπεμπε. ὁ δὲ χοσρόης τὸν μὲν σολχάνην ἐξελιπάρησε, ταῖς ὑποσχέσεσι παροτρύνων ἐν μαρτύρεσσι, τὰς τῶν ἐντυγχανόντων φοιτήσεις. αὐτὸς δὲ χοσρόης ἀπορίᾳ τῷ ψυχῷ καπβάλλετο. τὰς δεήσεις τυραννικῶς μορμολυττόμενος. εἰσῆλθε τοίνυν αὐτὸν δεισιδαιμονία ὁσίας θρησκείας ἵνος, καὶ πάλιν πρὸς τὸν ὑπὲρ πάντων θεὸν τὸν νῦν μετεκόμισε. καὶ ἠντιβόλει τὸν ἀοίδιμον ἐν μάρτυσι στέργιον, ὃν καὶ τὰ νομαδικὰ πέρσαι ἔθνη εἰώθασι, συλλαμβάνειν τῶν πόνων αὐτῷ. ἀπαρχάς τε προπέμπων καθυπισχνεῖτο προσφέρεσθαι, καὶ κυριακὸν πάθος τὸ ὑπέρτιμον σήμαντρον, φασὶ δὲ τοῦτο ἀναγορεύειν. πικτονδεσθαί τε τὸν χρυσόλιθον, μαργαρίτῃ τε ποικίλλειν αὐτό, καὶ τῶν ἰνδικῶν λίθων τοῖς διαυγέσι. εὐσεβέστερον γὰρ ποτνιώμενον ὑπὸ τῆς ἀνάγκης

bim significat. Solchanes vbi Zadeſpratæ inſolentiam, & iactantiam cognouit, poſtridie concilio conuocato, vt in conſeſſu, quid petitum aduenisſent, omni timore depoſito eloquerentur, nuntiis imperat. Illi dicto audientes, mandata exponunt. Turbatur conuentus, vniuerſiſque Varamum maledictis lacerantibus, Solchanes nuntios fœdè pulſatos, & opprobriis affectos, inſuper arctiſsimis vinculis miserè conſtrictos, ad Choſroen mittit: à quo etiam atque etiam rogatur, promiſsiſque allicitur, vti de internuntiis bene prouideat. Ipſe porrò angore, & tyranni metu plenus, animum deiicitur, tandemque religiosè in cuiuſdam pietatis cogitationem ingreditur, iterumque ad Deum principem rerum omnium ſeſe conuertit; ac venerandum Sergium martyrem, quem colere etiam barbaræ nationes conſueuerant, ſuppliciter rogitat, vti laboribus, ac miſeriis ſuis ne deſit: Se illi dominicæ paſſionis illuſtre monumẽtum, crucem, inquam, ex auro puro confectam, & margaritis, pellucidiſque ex India lapillis variatam victoriæ ſuæ primitias oblaturum. Ita illum neceſsitas piè orare, obteſtarique docuerat. Cæterùm

ὁ καιρὸς αὐτὸν ἐξειργάζετο. ἀλλ' ὁ Ζολχανὴς ἀξιαφηγητικώτατον καὶ παράδοξον ἔδρασεν ἐγχείρημα, δόλῳ τινὶ καὶ τὸν ἀντιστράτηγον διεχρήσατο· ῥοσὰν γὰρ τὸν καὶ ὁρμίσδαν παρὰ τῷ περσικῷ ἔτω καλέμενον, ἱππικῇ εἰφράξας ἰσχύι κατὰ τῆς ἀντιστρατοσκευῆς ὅλης ἐξέπεμπε. μάλιστα δὲ τῷ ῥοσᾷ ἐπῆγετο, δόλῳ τὰς ἐκ βάσης ἀπειρίαν τῆς ἐγχειρήσεως. ὁ μὲν οὖν ῥοσᾶς ταῖς ἐπαγωγαῖς ὁ Ζολχανὴς μετ' ἀπιμελείας ἑπόμενος ἐχώρει πρὸς τὸ πολέμιον. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ ζαδεσπράτης ἐν τοῖς μέρεσι τῶν χαρχὰς παραγίνεται. κώμη δ' αὕτη πάμφορωτάτη ὁμοῦ καὶ πλουσιωτάτη. καὶ νυκτὸς ἀπιγνωμένης, ἐχόμενα ταύτης ἠγεαύλιζεν. ἐπιστησάμενος δ' ἔτι πολεμίαν ὄψιν, μήπω ἐξαπιναίως αὐτῷ συγκυρήσαι, τῆς περὶ τὸ σῶμα φρουρᾶς προμηθίαν ἐπῆγεν. ὃς δὴ ἐν τῷ πύργῳ τῷ ἀνὰ τὸν χῶρον ἱδρυμένῳ, καὶ ἐκ λογάδων λίθων κεκτημένῳ τὴν σκέπην, τῇ δοκήσει κατεπαννυχίζειν τῆς δειλίας ἐπόκειτο. ὁ τοίνυν ῥοσᾶς ἅπαρος δ' στρατηγὸς ἀφικόμενος, ἐπεὶ διεγίνωσκε τὸν χῶρον ὅπως δὴ ἔτι παννυχος καταπυνάζειν, πρόδηλον δὲ ἐξάμενος, ἐς τὸ πρόσω ἐβάδιζεν. ἐπεὶ δὲ τῷ ἐχυρώματι προσεπέλασε, προθέειν προστάττει τινὰ τῆς δυνάμεως, λέξοντα τῷ στρατηγῷ, ὡς βαρὰμ ἔσοιτο ἄγγελον, καὶ ἀπίοντα αὐτῷ ἀπιφέρεσθαι δυνάμιν. ὁ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ ὠσανεὶ φρούριον γεγονὸς μεσούσης νυκτὸς, τῇ πατρίῳ φωνῇ σὺν εἰφρυγίοις

terùm Solchanes admiratione, & memoria dignissimum facinus effecit, valentiáque consilio ducem aduersarium è medio sustulit. Rosam quippe (alio nomine Hormisdam Persis) cum equestri robore contra infestam aduentantium manum emittēs, auctor ei fuit, vt dolo & insidiis rem transigeret. Rosas Solchanis auctoritati studiosè parēs, in hostem tendit. Die sequenti Zadesprates Charchas, vicum omne genus fructuum efferentem, & incolis frequentissimum venit, & nocte proxima in eius agro manet, constitutis circum se diligenter custodibus, ne fortè improuisò (quod formidabat) ab hostibus appeteretur. Erat ibidem munitio, electo constructa lapide, in qua citra timorem totā noctem cubare se posse arbitrabatur. Rosas haud procul à Zadesprate distans, vt de loco, vbi ille per noctem consopitus iaceret, cognouit, duce accepto, procedit. Propior munitioni factus, militem quendam præcurrere, ac Zadespratem monere iubet, à Varamo supplementum affuturum, & huius rei nuntium se aduolare. Miles media circiter nocte castellum attingens, patriáque lingua (Persica) custodes ludificans, rogat duci, quod ab se

Φενακισάμενοι, ἠξίουν τῷ στρατηγῷ δι' αὐτῶν φθεγξαμένῳ τὸ ἄκυρσμα. ὁ δὲ χαριτοίνυν οἱ δείλεοι τ' ἐπαγγελίαν δεξάμενοι, μεταπορθμεύσιν ἐπὶ τὸν Ζαδεσπράτεω τὸν λόγον, ὡς οἷα δὴ φθιδεξίου καὶ σωτονίας ἀξίου κατεπηγόμενοι. ὁ μὲν ἔν Ζαδεσπράτης ἔπι ἔξοινος ὢν, καὶ ἡμικραίπαλος ἔτι δὲ ὕπνου λαγχανόμενος, ἀμπρέειν ἔλεξε πέρυσι, ἀπαλαμπωρήτως τὸν λόγον εἰσοικισάμενος, καὶ τὴν πυλίδα ξὺν φρενοίξας σφετέρα. τὰ τοι καὶ γέγονεν αὐτῷ αὐτοχέδιός τε καὶ αὐθημερεὸς θάνατος, ἀφορμὴν ξὺν κινδύνου τὴν ἀφροσύνην κρατησάμενος. οἱ μὲν ἔν φφὶ τὸν ῥοσὸν εἰσρύσαντες φφὶ τὸ φρέαρ, τῇ μαχαίρᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐξέδοσαν. ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ ἀδόκητον θεασάμενος βάραθρον, ὑπὸ τέγος οἰκίσκου φυόμενος, ἠξίου παρὰ τῶν ἡρηκότων ζωτηρίαν ἐρύσασθαι. ἐπεὶ δὲ διηπλεῖτο πυρὶ τὸ δωμάτιον ἀφανίζεσθαι, ἀφικνεῖται φφὸς τὸ πολέμιον. τοίνυν τὸν καρατομήσαντες οἱ ἀντίπαλοι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ Φρενίῳ λαφυραγωγησάμενοι, ἦκον παρὰ τὸν Σολχάνην, τήν τε κεφαλὴν ξὺν Ζαδεσπράτου ὑπιφερόμενοι, καὶ ὅσα ἡ τύχη τῷ δηλήσαντι δέδωκεν ἐγκολπώσασθαι.

ab se audissent, indicari. Infœlices illi promissa cum voluptate accipientes, ad Zadespratem festinatò, vt faustum aliquid, & contentione dignum, audita perferunt. Qui etiamnum madidus, & crapula necdum exhalata, somno excussus bonum habere animum Persas iubet; nuntiata lætus complectitur, castelliqúe portulam reserari mandat. Quod illi extemporalem, & voluntariam quodammodo mortem, eius stultitia occasionem suppeditante attulit. Rosæ milites certatim irruentes, gladiorum licentia sæuiunt. Zadesprates inopinatum ante oculos cernens exitium, sub tectum domunculæ confugiens, incolumitatem victores orabat. Quibus ædiculam incendio se consumpturos minantibus, descendit, capite truncatur: diripiuntur omnia, & ad Solchanem reditur; simulque Zadespratæ caput, & quæcunque fortuna seruo in sinum dederat, apportantur.

* * *

CAPVT II.

Zadesprataæ caput, & spolia ad Chosroen portantur. Anathonum missi ducem occidunt, caput eiusdem Chosroæ transmittunt; qui religionem Christianam prædicans, Mauricioq; de secundis rebus suis significans, auxilium, & pecuniam mutuam petit. Comentiolus rogatu Chosroæ abdicatur, cui Narses ipsius stipator substituitur.

Ὁ μὲν ἂν σολχανὴς τοῖς ϖϱοαυλίοις τῶν Φϱοντίδων καταγωγεύς μενος, εἰς τὴν κωνσταντίναν χοσϱόην ἐξέπεμπε τὴν τε κεφαλὴν ϛ ἀνδϱιάντα χαὶ γϱατηγὸν, τόν τε ϖολὺν ὂν ἀπϱαγμαλώτως τὰ τῆς εὐβελίας ἐσκύλασεν. ὁ μὲν ἂν χοσϱόης τῶν ἀπαισίων ἐλπίδων μεταπαίσης γιγνόμενος, τῇ ἀθυμίᾳ Μαζύγιον ἐδίδου, καὶ ϖϱὸς τὸ δεξιώτεϱον τὰς ἐκβάσεις τῶν ἐσομένων ἀντιμετέβαλλεν. ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέϱαις, καὶ οἱ ϰϛ τὸ ἀνάθων ὑϖὸ ϛ βαϱάμ ἐκπεμφθέντες ἐπανίστανται, ϰ ἀναιϱοῦσι τὸν ἡγεμόνα, τὴν τε τούτου κεφαλὴν ϖαϱὰ τὸν χοσϱόην ἐξέπεμπον. ὅπεϱ ἴδὼν ὁ χοσϱόης τὰ τῶν δήϖε τῶν ἀνδϱαγαθημάτων τὴν συμφωνίαν σέβεσθαι αὐτὸν ἐϑεάσατο, ϰ ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων ἐνέχυϱον τῶν ἐσομένων λαβὼν, ὡμολογεῖ μέγιστον εἶναι ἁϖάντων ϑεὸν, τὸν ϖαϱὰ Ῥωμαίοις χϱιστὸν ϑϱησκεύομενον, ϰαὶ τιμώμενον, καὶ ἀπυλώτῳ τῷ σώματι τὴν ϖάλαι ϑϱησκείαν ὠβέλιζε. Δεκάτῃ δὲ ἡμέϱᾳ καὶ ἐς βασιλέα μαυϱίκιον τῶν ἑπομένων ἀϱχόντων τίνας μετεϖέμπετο, καὶ τὴν τῶν ϖαϱηκολουθηκότων ϖεϱὶπέτειαν ἐνσημαίνεται· ἠξίου τε μελλήσεως ἐγκοπὴν ϖοιῆσαι συμμαχικῆς αὐτὸν ὀϖιθεῖναι δυνάμεσι, καὶ ὡς τάχιστα βοηθεῖν, τήν τε τῶν

HIsce curarum suarum proœmiis Solchanes se circumspiciens, & caput aduersarij ducis, & prædam, nullo negotio, fœlici consilio acquisitã, Chosroæ Constantinam mittit. Qui à malè ominato timore, tristitiaque recedens, ad secundiora in posterum sperãda incumbit. Per eosdem dies Anathonum à Varamo missi similiter insurgunt, interfectoque duce, caput eius Chosroæ mittunt. Qui vt horum facinorum consensione, & conuenientia sibi honorem parari animaduertit, ex præteritis futurorum pignus capiens, Deum qui à Romanis coleretur, honoraretur que, omnium esse potentissimum confitetur, atque ore libero veterem superstitionem condemnat. Die decimo quosdam qui secum erant de proceribus ad Mauricium legat, fortunæ suæ mutatam faciem indicat; primo quoque tempore sibi opem ferri, & pecuniam dari mutuam rogat; recuperato re-

gno

χρημάτων αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως γλυκὺς φιβολίω, ἰσχυριζόμενος, τῷ οἰκείαν ἀπολαβόντα δίκην, ἀντικαταβάλλειν Ρωμαίοις τὸ δλάνειον. ὁ δὲ τοῦ Ρωμαϊκοῦ βασιλέως μὴ τῆς συμμαχίας τῶν ὅπλων καὶ τῷ τῶν χρημάτων αὐτοῦ μεγίστῳ ῥοπῷ ἐπαρείζετο. ὁ τοίνυν χοσρόης χειρογραφήσας τὸ δάνεισμα, καὶ ἐς μανιάκιον ἀποχηλάμενος, τὸν πολυτάλαντον τῶν χρημάτων ἐνομίζετο πλοῦτον, καὶ τοῦτον καπηλεύσας, τοῖς περὶ αὐτὸν περσικοῖς κατέσπειρεν δωρεάμασιν. ὁ μὲν οὖν γρηγόριος ὁ τῆς ἑῴας ἱερωσύνης προεστηκὼς, τὴν κωνσταντίναν ἀπολιπὼν, πρὸς τὴν ἀντιόχειαν μετεχώρησε. μετ' ὀλίγον δὲ τῷ σειράμῃ, ἐς βασιλέα γλυκὺς χοσρόης προσέπεμψε, καθικετεύων τὸν κάσιρα κομεντίολον τῆς στρατηγικῆς ἐπιστασίας ἀποκαλεῖν, ὡς οἷα δὴ ὑπὸ τοῦ κομεντιόλα προπηλακιζόμενα, καὶ τοῖς ἀναβολαῖς τὰς ἐπικερείας ὑποφθείροντος. ὁ τοίνυν σειράμης κατὰ τὸ προσταγμένον αὐτῷ ἐς βυζάντιον ἀφικνεῖτο, τότε πρεσβείαν διεξῆλθε τῷ αὐτοκράτορι. καὶ ἔνθα ὁ τοῦ Ρωμαϊκοῦ βασιλέως, ἀποκράτορα τῆς ἐπὶ τῶν περσίδα καθόδου κομεντίολον ποιησάμενος, ναρσῆ, ὃς τοῦ στρατηγοῦ ὑποστασιῶς ἐτύγχανεν ὤν, τῶν ἡγεμονίαν ἐντίθησιν.

gno se id nomen Romanis soluturum confirmat. Imperator Romanus præterquam quod armis ei succurrit, etiam pecuniæ numerum maximum largitur. Ita Chosroes se argentū accepisse mutuum chirographo testificatus, scripturam ad Mauricium misit, talentorumq; multorum reportatas ab se diuitias, minoribus permutatas numismatis, inter milites suos dispertiuit. Gregorius Patriarcha Antiochenus, Constantina Antiochiam discessit. Non diu post Chosroes Saramen ad Imperatorem legauit oratum, vti Comentiolo ducis munus abrogaret: quippe se illi esse ludibrio, ab eodemque cunctando & differendo auxilij opportunitates corrumpi. Sarames iussa facessens, Byzantium iuit, munus suum fungitur. Imp. Comentiolum amplius in Persidem copias ducere vetat; Narsi eius satelliti eas partes imponit.

* * *

CAPVT III.

Narses cum Romano milite, & Chosroe Persidem ingreditur; Chosroes rex acclamatur: à Darenis honorificè excipitur. Domitiani Antistitis ob ingressum illius in templum minæ. Veniam petit rex: templo eiicitur: muneribus regiis à Mauricio ornatur. Persæ Varamo deserto, ad eum desciscunt. Daram oppidum Imperatori donat. Legatum eius muneratur Imp. ipsumq; filij appellatione cohonestat.

Ἦρϛο τοίνυν ἀρχομένου, ὁ νεώτερος στρατηγὸς Χοσρόην παραλαβὼν (σωείπετο δ' αὐτῷ ὁ ἐν Μελιτηνῇ ἱερατεύων κατ' ἐκεῖνο καιρὸν, ὃν Δομετιανὸν ὁ λόγος ἐδήλωσεν) ἐπὶ τὸ Μάρδες μετεφοίτησε. πόλις δὲ Δάρας ἀφεστήκει τὸ φρούριον παρασάγγας τρεῖς. οἱ μὲν ἔν τῷ νίσεσθαι τὴν Ἀραβίας, οἵ τε ἄλλοι Δηλαδὴ πάντες, καὶ οἱ τῶν τάγμάτων ἡγούμενοι, ἀναγορεύουσι Χοσρόην βασιλέα, καὶ τῆς Δημοσίας ἐνέχυρα συγγενεῖς παραχόμενοι, σπεύδοντες τιζον τὴν εἰς τὰ βασίλεια τῷ Χοσρόῃ ἐπάνοδον. ὁ μὲν ἔν τῶν Περσῶν βασιλεὺς τέσσαρα Ρωμαίων σπείρας σωέπεμψε. ἀπάρας τοίνυν ἐνθένδε ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Δάρας ἐστρατοπέδευσεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὰς συμμαχικὰς δυνάμεις τῶν Ρωμαίων θεώμενος κεκμώσας ἀλκῇ, τοῖς τε ὅπλοις κατακεκμυμένας, ἐκθαμβῶν παρασκευῇ, σπεύδει τὰς νεωτέρας μετεχούσας ἐλπίδας, μηδένα τῷ πρεσβυτέρῳ πάθει τῷ λογισμῷ νοσφιζόμενος. εἰσήρρησε τοι χαρὰν σπεύδοντος ὁ βασιλεὺς ὁ βάρβαρος, καὶ ἐνεμένιζεν ἅμα τοῖς τείχοις παρὰ τῷ σπεφανεῖ

PRimo itaque vere nouus dux cum Chosroe, sequente Domitiano, per id tempus Melitenes Episcopo, vt antè diximus, Mardes accedit, quod castellum ab vrbe Dara tribus parasangis abest. Qui igitur cum in Arabia prope Nisibim, tum alibi opibus plurimum pollebant, ad vnum omnes, simulque ordinum ductores Chosroen regem consalutant, ac pro repub. consanguineos obsidum loco opponentes, eidem ad regiam recipiendam ante viam muniunt. Obsides rex custodiri à Romanis iussit. Inde Narses ad oppidum Daram exercitum adducit. Chosroes Romanas copias viribus florentes, & armis conspicuas, cum apparatu stupendo cernens, in spes nouas ingreditur; nec tamen prioris infortunij memoriam deponit. Vrbem itaque rex barbarus iniens, in templum magnificum, in quo Romani religionis mysteria obibant, admodum

πεμένῃ τῆς πόλεως. ἐν ᾧ Ρωμαῖοι τὰ τ
θρησκείας ἐπέλοιω μυσήρια, λίαν
κενταρικῶς π, ἢ ἐν ἀπιστίᾳ τύχη
τῶν πραγμάτων ἀφικεμένων αὐτῷ.
οἱ μὲν ἂν Δαρλωὸι δηγανάκλων ἐπὶ
τῷ ἐγχειρήματι, χοσρόης τε πρεσβυ;
τέρᾳ ἠρηκότος τὴν πόλιν, καὶ μηδέπω
πω εἰς ὕβριν ἐξεβάσματος ἐγχρήσαν
τος. ἐκεῖν ὁ δομετιανὸς τὴν βάρ
βαρον ὕβριν φέρειν οὐκ ἔχων, τὰς
δυνάμεις ἀναλαβὼν, παλινδρομεῖν
ἀπὶ κωνσταντίναν ἠπείλει. ἠπιωμέ
νως πίνων χοσρόης ἐντεῦθεν, καὶ τὴν
ἀπειλὴν μὴ χάριν ὁμολογῶν, ὡς
τὸν δομετιανὸν ἐκ τ παρ' αὐτοῦ ἀπο
φανεσάτων ἐξέπεμπεν, ἔλεον αὐτὸν
ἐξαιτέμενος τῷ μεταμέλῳ παρέ
χειν. ὁ μὲν ἂν ἱερὸς ὁπόσον ἐδέ ἀπο
πηλακίσας τ βάρβαρον, ἐπανῆκεν
εἰς τὸ δάρας ἐξοικίσας ἐ τεμένης χοσ;
ρόῃ. ἔκτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἢ ὁ αὐτοκράτωρ
λιθοκόλλητον ζώνῃ καὶ πάρεργα βα
σιλικὰ, κλίνας τε καὶ τραπέζας χρυ
σᾶς εἰς τὸ δάρας τῷ χοσρόῃ ἀπέστειλεν,
πομπήν τε βασίλειον αὐτῷ ζυγκρο
τῶν, ἐκ τ παρ' αὐτῷ δορυφόρων με
γαλοπρεπῶς μεταδίδε, ὅπως μὴ βα
σιλικῆς χηρεύων ζωῆξεως, εὐκα
ταφρόνητος εἴη Ρωμαίοις τε καὶ πέρ
σαις. ἀπιεσοιχίζετο γὰρ πάντοθεν βα;
σιλικὴ δορυφορία χοσρόης, ὁπό
σην νόμος Ρωμαίοις αὐτοκράτορσι κατὰ
πρεσβείαν αἰρεῖσθαι. ὁρῶντες γὰρ οἱ μῆδοι, ὁπόση τῷ χοσρόῃ ὑπὸ ἐ αὐτοκράτορος Ρώμη ἀπιεικέχυτο, τὴν γνώμην μεθαναστεύσαντες, χαίρειν φράσαν
τες τῇ τυραννίδι, ἀπεχώρουν χοσρόῃ. καὶ ἐ μὲν βαρὰμ ὁσημέραι τὰ συμμα-

dum ferociter, & contumeliosè, adhuc necessitati subiectus, & rebus eius à fluctibus fortunę iactatis armatus se infert. Dareni factum indignari: prę sertim cum Chosroës senior capto oppido nihil ad iniuriam diuini cultus molitus esset. Quamobrem Domitianus barbaram insolentiam non sustinens, acceptis copiis Constantinam sese rediturum comminatur. Chosroes despectũ se videns, mutationemque istam parum gratam habens, ad Domitianum quosdam de nobilissimis suis mittit, qui nomini suo illi satisfacerent. Episcopus barbaro quantum decuit ignominia multato, Daram reuertitur, ipsumq; è templo eiicit. Die sexto Imp. baltheum insertis gemmis, tiaram regiam, lectulos & mensas aureas Daram illi transmittit, comitatumque regium ei conficit: & de suis doryphoris nonnullos honoris caussa adiungit: ne regio destitutus satellitio, Romanis iuxta Persisque vilescceret. Stipabant igitur eum vndiq; regij satellites, quo pacto Romanis Imperatorem suum honorare mos est. Intuentes Persæ quam potentem Imperator Chosroen reddidisset, à tyrãno ad eius partes commutatis voluntatibus accedunt, & Varami exercitu quo-

χικὸν κατηθένει. τῷ δὲ χοσρόῃ κατὰ νοῦν ἐχώρει τὰ πράγματα, καθαλιπαινομένης αὐτῷ τῆς δυνάμεως. Διανοεῖται γὰρ παραυτίκα χοσρόης βασιλεῖ μαυρικίῳ εὐνοϊκώτερον πρᾶξιν ἐνδείξασθαι. διὸ ἐν βασιλικῇ διφθέρᾳ τῷ πόλιν δάρας ὑπήκοον ἐγγράφει τοῦτο μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι· τόν τε δολαβζανὴν κατεράπην, ἄνδρα ἀπόβλεπτον, ἐς βυζάντιον στέλλει, τὰς κλεῖς οἰσάμενον τῆς πόλισματος, τῷ τε ἐν γράμμασι δωρεάν. Οἱ μὲν δὴ πρέσβεις βυζαντίοις τὸ βασίλειον ἄχυρον φυόμενος, παραδίδωσι Ρωμαίοις τὸ πόλισμα, καὶ ἐς λόγους τοὺς τὸν αὐτοκράτορα ἥκει. ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς Ρωμαϊκῆς δώροις βασιλικοῖς μεγαλωσας τὸν δολαβζανὴν, τῷ τῶν προαπαγγελθέντων ὠχύρωκαὶ αὖθις ὑπόχεσιν, παῖδα χοσρόην ἀποκαλῶν.

tidianis defectionibus imminuto, Chosroæ adauctis copiis res ex sententia procedebat. Mox quantam posset aduersus Mauricium beneuolentiam sibi declarandam statuens, in membrana regia Darãei gratis transcribit, & Dolabzanum Satrapam, virum illustrem, Byzãtium cum clauibus oppidi, instrumentoque donationis mittit. Legatus in vrbem imperãtem profectus, Romanis oppidum addicit: cum Imp. collocutus, ab eo pro imperatoria magnificentia muneribus cohonestatur. Pactorum præterea fidem Imp. denuo confirmat, & Chosroen filium appellat.

CAPVT IV.

Per Singarum Chosroæ aduersus Varamum delecta manus. Re conspecta Varamus ad pugnam exit. Procedit vltra cum auxiliis Chosroes, Domitianus milites ad fortiter præliandum, atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat.

Ὁ δὲ χοσρόης εἰς τὸ σιγγάρων (μηδικὸν δὲ τὸ ἄχυρον) ἅτε γύναια, καὶ τὰς παῖδας κατησφαλίζετο. ἐχυρὸν γὰρ τὸ ἄχυρον, ἔτι ὑπὸ τῆς ἕλους περιφρυγόμενον, καὶ ἧκιστα τοῖς πολεμίοις ἁλωτὸν, τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρώδους πεφυκὸς τοῦ πολιορκίαν ἀπρόσιτον. μετὰ τοῦτο μεβόδῃ προστάττει, καὶ διχιλίοις ἐκ τῶν ὁπλιτικῶν προφάξας αὐτὸν, ἅμα τῷ σιγγάρων

CHosroes Singarum (Mediæ seu Persidis vrbs est) mulieres ac liberos suos securitatis causſa transfert. Est enim munitissima, & quia simul controuersa, custodia nunquam vacat, minimè hostibus expugnabilis, ac propter paludes informes obsessoribus inaccessa. Posthæc Mebodi dat negotium, vt sumptis duobus armatorum millibus per Singarum

νομοθετεῖ ἐς τὰ βασίλεια εἰσβαλεῖν, τότε ὑπὸ τῶ Βαρζάμ γιόμενον φύλακα τῶν ἀναλάρων ἀποχρήσασθαι. ὁ δὲ τύραννος σὺν τοῖς Ρωμαίων τάγμασιν ὑπόντα μεβόδην μεταπηκώς, συναθροίσας τὸ μάχιμον ἐξεδίδα πρὸς πόλεμον. ὁ μὲν ἐν μεβόδης δίκει τῷ τῶ βασιλέως προστάγματος, πρὸς τὸ ἔργον ἐχώρει. θέρος δὲ ἀρχομένου, καὶ τῆς πίας παχυνομένης ἀκμῆ, τὸ δάρας καταλελοιπὼς, ἅμα τῷ ζυμμαχικῷ ὁ χοσρόης ἐς τὸ πρόσω ἐχώρει. ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ ἀμμοδίων ἐγγύοντο, πέπαρσι καὶ δέκα διεσκότι δάρας, δορυ μεταιὼς ἅμα τοῖς ἡγεμόσι τὸ Ρωμαϊκὸν συναθροίσας, καὶ πρός τι βάνιον ἀνεὶς, τοῖσδε τοῖς λόγοις τὰς δυνάμεις κατήχει.

rum in regiam facto impetu, custodes Varami trucidet. Tyrannus vt Mebodem cum Romanis cohortibus aduentare comperit, coacto milite sui defendendi prodit. Mebodes mandati, quod ab rege acceperat respectu, rem aggreditur. Aestate autem ineunte, & pratis etiamnum herbescentibus, relicta Dara Chosroes cum auxiliis vltra progreditur. Postquam Ammodium, stadiis quatuordecim Dara disitum aduenerunt, Domitianus conscenso colle, ad duces & milites huiuscemodi verba habuit.

stianorum disciplina initiatur. Hoc vt Magi compererunt, eā requisitum se in viam dant, Nisibi adsunt, & blanditiis potissimùm agunt, indeque abducere secum fœminam conantur. Cum verbis actum agerent, tetro carceri eam longo tempore includunt. Sed auxilio Dei omnia circumspicientis, eamque nullo tempore absque testimonio sibi relinquentis, angelo apparente è custodia exit, atque Romanorum prouinciæ succedens, apud Hierosolymam insignem, & inenarrabilem Dei magnificentiam diuulgat, sacrisque precationibus ad sepulchrum magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi effusis, & crucem passi monimētum similiter venerata, Hierapolim regressa est, multaque euentura Chosroæ vaticinata (cū etiam Romanis de eius ad ipsos perfugio ac transitione, antequā fieret, prædixisset) & vita exemplo angelico, atque vt decet sanctos, tum animo, tum corpore traducta, ab his rebus mortalibus discessit, tolerantiæque corona cum triumpho sempiterno redimita est.

* * *

CAPVT XIII.

Chosroes Sergio Martyri crucem auream, & gemmatam dono fert. Epistola eiusdem de voto suo. Posthabita lege Persica, Siram fœminam Christianam ducit, reginamq; renuntiat.

Ὁ δὲ Ῥωμαϊκὸς βασιλεὺς σωματοφύλακας ἐς χοσρόην ἐξέπεμπεν. ἐς νῦν τοίνυν βαλόμενος ὁ τῶν περσῶν βασιλεὺς τὴν ἄνωθεν αὐτῷ τῆς ἐπικουρίας γενομένην ῥοπὴν, τῷ ἐν μάρτυσιν ἐπιφανεστάτῳ σεργίῳ σωρὸν ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, λιθοκόλλητον, δῶρον ἐξέπεμψεν, ὃν δὴ καὶ χοσρόης ὁ καβάδου τὸν ἄξυν παραισώμενος, λαφυραγωγήσας, ἐν τοῖς τῶν περσῶν ἀνακτόροις ἀπέθετο, ἐπὶ τῷ Ῥωμαϊκὴν σκηπτροῦχον ἱερουργὸν καὶ αὐτοκράτορα ἐπαινοῦντος. ἑτέρῳ γοῦν τῷ σωρῷ ἕτερον χοσρόης ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξαπέφθου χρυσοῦ σωρὸν ἐπεκτυώτερον, τὴν αἰτίαν ἐντυπώσας ἐν αὐτῷ καὶ ἀναθήματος. ἐπιστολὴν δὲ δι' ἑλληνικῶν γραμμάτων, ἅμα τῷ κειμηλίῳ ἐς τὸ λεγόμενον βαρβαρικὸν παρεπέμπετο. ὑπογέγραπτο δὲ τῇ ἐπιστολῇ, καὶ βασιλικὴ ὑποτύπωσις. τὰ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἐν τύποις δὴ τάδε ἐτύγχανεν ὄντα· οὐκ ἀμείψω γὰρ τῆς λέξεως τὸ ἀρχέτυπον.

ROmanorum Imperator custodes corporis ad Chosroen mittit, qui animum ad memoriam opis de cœlo sibi præstitæ reuocans, Sergio martyri clarissimo crucem ex auro fabrefactam, lapillisque insertis variatam pro munere offert: quam crucem Chosroes Cabadæ F. vrbe recepta in præda repertam, in Persarum regia reposuerat, Iustiniano adhuc rerum Romanarum potiente. In apice crucis huius Chosroes ex auro obryzo crucem aliam conficiendam, in eaque caussam anathematis, seu dedicationis huius incidendam curauerat. Epistolam porrò græcè conscriptam cum subscriptione sua, simul cum prætioso illo donario in Barbaricum, quod dicitur, mittit. Epistola ad verbum hæc continebat, nihil enim de primis eius vocibus immutabo.

„ Τοῦτον τὸν σωρὸν ἐγὼ χοσρόης
„ βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς ὁρμίσδα, ὁ
„ τε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας, καὶ κα-
„ κουργίας ξυνυχεστάτης βαράμ,
„ υἱὸς βαργουσνᾶς, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ
„ καβαλλαρίων εἰς Ῥωμαίων ἀπήλ-

Hanc crucem ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, quando ob instinctum diabolicum, sceleratamq; molitionem perditissimi Varami, filij Barguſnæ, & quos secum habuit Caballariorũ in Romaniam

θομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυσυχῆ ζαδεσπράτην ἐκ τοῦ στρατοῦ εἰς τὸ νισίβιον, ὅπι τῷ ὑποσύραι οὗτ' καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ νισίβιον εἰς τὸ ἀντάραι, καὶ συμπαρέξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετ' ἄρχοντος εἰς τὸ χαρχὰς, καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου σεργίου τοῦ παυσέπτου καὶ ὀνόματος, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, μηνὶ ἰανουαρίῳ ἑβδόμῃ ἠτησάμεθα, ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι ἡμῶν ζφάξωσι τὸν ζαδεσπράτην, ἢ χειρώσωνται, σωρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν, διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα. καὶ τῇ ἐννάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, τὴν κεφαλὴν τοῦ ζαδεσπράτου ἤνεγκαν ὅπι ἡμῶν. ὅπιτυχόντες δὲν τοῦ αἰτήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἑκάστῳ ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τὸν σωρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γνόμενον, μετὰ τοῦ πεμφθέντος τοῦ σωροῦ παρὰ ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ρωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐν ταῦθα παρὰ χοσρόου βασιλέως, υἱοῦ καβάδου τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ παυσέπτου σεργίου. ὁ μὲν δὲν σατράπης κατὰ τὸ διαταγμένον αὐτῷ ἀπέδοτο τὸν σωρὸν, ταῖς γράμμασι τοῦ βασιλέως. τῷ δὲ ὀπίσω ἐνιαυτῷ, ὁ τοῦ

maniam profugere coacti sumus. *Et quia veniebat nefandus Zadesprates ab exercitu Nisibim, vt partis Nisibenæ caballarios abduceret, qui nos oppugnarent, & conturbarent, nos quoq; caballarios cum duce Charchas misimus.* *Et confisi ope auxilioq; sancti, maximeq; venerãdi, & celebris Sergij, quem petitionibus ac votis anuere solere audiueramus, anno primo regni nostri, mensis Ianuarij die septimo vouimus, si caballarij nostri Zadesprates occidissent, aut viuum cepissent, crucem auream, gemmis ornatam in eius templum, propter nomen ipsius inprimis venerabile missuros. Ac die nono mensis Februarij caput Zadesprata ad nos allatum est.* *Quapropter voto nostro damnati, vt id cuilibet certò constet, in venerando eius nomine crucem à nobis factam, cum ea, quam Iustinianus Romanorum Imp. in eadem eius miserat, & discordiis, belloq; quod inter se duo regna gesserant, à Chosroe regum rege, Cabadæ F. auo nostro huc asportata, atq; in thesauris nostris inuenta, in templum Sergij summè venerandi misimus.* Satrapa iussibus obsecutus, crucem cum litteris regiis reddit. Anno dehinc proximo, Persarum rex Siriam,

genere

περσικῆ βασιλίδι ἀναγορεύει βασίλειαν σηρίν, γένος ῥωμαϊκῆ (ἐκ δὲ θρησκείας χριστιανῶν) εἰς ὥραν ἀνθοῦσαν γάμῳ ταύτῃ καταλναθεὶς κἀντεῦθεν παρεχαράττων τῶν βαβυλωνίων τὰ νόμιμα.

genere Romanam, & religione Christianam, quam ætate florentem connubio sibi copularat, reginam publicitus appellat, & in eo Persarum leges, atque instituta negligit.

CAPVT XIV.

Chosroes prolem à Sergio martyre contendit. Cum donis epistolam mittit, qua se voti compotem euasisse narrat, cum singulari erga sanctum reuerentia, & Christianè prorsus.

Τρίτῳ δὲ ἔτει καὶ ἠντιβόλει τὸν δρασικώτατον ἐν περσίδι σέργιον, παῖδα ἐκ τῆς σηρῆς δοθῆναι αὐτῷ. μεθ' ὃ πολὺ δὲ τούτου γεγονότος αὐτῷ, δῶροις καὶ αὖθις γεραίρει τὸν εὐεργέτην εἰκότως. ἐπιστολὴν δὲ ἐξέπεμψεν ἑλληνικῇ συμφορᾷ χρησάμενος. εἶχε δὲ ἡ ἐπιστολὴ ἐπὶ λέξεως ἔτως.

Tertio autē anno Sergio Persidis martyri efficientissimo pro filiō ex Sira suscipiendo supplicat. Nec ita diu post rursum benemerentem suum donis, & quidem iurè honorat, adiuncta epistola græcè composita, quæ ad verbum sic sonat.

Τῷ μεγαλομάρτυρι σεργίῳ χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων.

„ Ἐγὼ χοσρόης βασιλεὺς βασιλέ-
„ ων, υἱὸς ὁρμίσδα, τὰ δῶρα τὰ με-
„ τὰ ἐμοῦ δῶρα ἐξέπεμψα. οὐκ εἰς θέ-
„ αν ἀνθρώπων· ἐδὲ ἵνα ἐκ τῶν λό-
„ γων μου τὸ μέγεθός σου ἐπιγνῶ-
„ σι ὀνόματός σου γνωσθῇ. ἀλλὰ διὰ
„ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἀλήθειαν τῶν γε-
„ νομένων, καὶ τὰς πολλὰς χάριτας,
„ καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔχομεν παρά σου.
„ εὐτυχία γάρ μοί ἐστιν, ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνο-
„ μα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σου σκεύε-

Magno martyri Sergio, Chosroes Rex regum.

Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ hæc dona cum disco misi: non sanè vt ab hominibus spectentur: neque vt ex verbis meis perquam venerandi nominis tui amplitudo cognoscatur: sed ad prodendam gestorum veritatem, multasq; gratias & beneficia, quæ in me contulisti. Etenim fælicitatem meam interpretor, nomen meum in sacris vasis

σιν. ἐν τῷ εἶναι μὲ ἐν τῷ Βερραμοῖς, ἠτησάμην παρά σε, ἄγιε, ἐλθεῖν εἰς τὴν βοηθεῖαί μοι, καὶ ἐν καιρῷ συλλαβεῖν σιρίν. καὶ ἐπειδὴ ἡ σιρὴ χριστιανή ἐστιν, κἀγὼ Ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἄδειαν ἡμῖν δ παρέχει χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν. Διὸ ἐν τῇ ἐμῇ πρός σε εὐγνωμοσύνῃ, εἰς τοῦτο τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ τοῦτο ἐν γνώμῃ ξὺν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔχον καὶ ἔχω, καὶ ἄτως σωεῖδον νῦν δεηθεῖσαι τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἐν καιρῷ συλλαβεῖν αὐτήν. καὶ ἠτησάμην, καὶ σωεπαξάμην, ἵνα ἐὰν ἐν καιρῷ συλλάβῃ σιρὴ, τὸν χωρὸν τὸν Φορόμενον παρ' αὐτῆς, πέμψω τῷ σωσέπλῳ σε οἴκῳ. καὶ τάτε ἕνεκεν κἀγὼ ἡ σιρὴ τὸν σκοπὸν τάτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σε, ἄγιε, τάτον τὸν χωρὸν κρατῶμεν. καὶ σωείδομεν ἀντ' αὐτοῦ τῇ ἐμῇ μὴ σωτείνασαν τεσσαράκοντα τριακοσίων χωτήρων μιλιαρησίων, πεντακισχιλίας χωτῆρας πέμψαι. καὶ ἐξ ὧν τῇ τοιαύτῃ ἐν ἐμαυτῷ ἔχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα διελογισάμην, ἕως ἐφθάσαμεν εἰς τὸ ροσωχοσρὼν, δέκα ἡμερῶν πλέον δ διῆλθον, καὶ σύ, ἄγιε, δ Διὸ τὸ εἶναί με ἄξιον, ἀλλὰ Διὸ τὴν σὴν ἀγαθότητα ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ τρίτον εἶπες μοι, ὅτι ἡ σιρὴ ἐν καιρῷ ἔχει κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀντιπεκρίθην σοι λέγων, καλῶς, καλῶς, καλῶς καὶ Διὸ τὴν σὴν ἁγιωσύνην,

vasis tuis conspici. Cum versarer “
Berramis, orauite, vir sancte, vt “
me auxilio tuo adiuuares, & Sira “
conciperet. Et quanquã illa Chri- “
stiana esset, ego verò Græcorum “
sacra colerẽ, vt per leges nostras “
habere illam in matrimonio non “
possem, tamẽ propter meam erga “
te pietatem legum securus, hanc “
duxi, eamq; præ cæteris vxoribus “
in dies sincero affectu & amo, & “
amaui. Atq; ita constitui, bonita- “
tem tuam rogare, vti Sira fœtu “
grauida fieret. Et rogaui, & de- “
creui planè, si concepisset, crucem “
quam in collo gestaret, ad venera- “
bilem ædem tuam mittere. Et hu- “
ius rei caussa ego & Sira istuc con- “
silij cepimus, vti ad monumentũ “
nominis tui, vir sancte, hanc cru- “
cem apud nos retineamus, placu- “
itq; nobis pro ea pretium quatuor “
millium trecentorum staterũ mi- “
liaresiorum non excedente, quin- “
quies mille stateres mittere. Ex “
quo autem huiuscemodi postula- “
tionem apud animum concepi, & “
hæc mecum cogitaui, donec Rho- “
sochosrum peruenimus, non plus “
decem dies abierunt, cum tu, San- “
cte, nõ quod ego sic meritus essem; “
sed quia bonus es, mihi te per qui- “
etem obtulisti, tertiumq; dixisti, “
Sirã esse grauidam. In eodem viso “
tibi respondi, bene est, bene est, “

,, καὶ ἐλεημοσύνῃ, καὶ διὰ τὸ πατέρα σε
,, πιον σε ὄνομα, καὶ διὰ τὸ εἶναί σε δο-
,, τῆρα τῶν αἰτήσεων, ἀπὸ τῆς ἡμέρας
,, ἐκείνης ἡ σιρὴ τὸ εἰθισμένον τῆς γυ-
,, ναικὸς οὐκ εἶδεν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδί-
,, σασα εἰς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς λόγοις σου
,, ἐπίστευσα. καὶ ὅτι ἀγαθὸς εἶ, καὶ ἀ-
,, ληθινὸς δοτὴρ τῶν αἰτήσεων, μεθ' ὃ
,, παύσῃ τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεί-
,, νας, ἐκ τούτου ἔγνων σὴν δύ-
,, ναμιν καὶ τὴν δωρεάν σου. καὶ τὴν τῶν παρά σε
,, ῥηθέντων ἀλήθειαν. παρ' αὐτὰ δὴ ἔν ἔ-
,, πεμψα τὸν αὐτὸν σωρὸν, καὶ τὴν τί-
,, μιον, ἐν τῷ πανσεπτῷ σε οἴκῳ,
,, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς δίσκον
,, ἕνα, καὶ ποτήριον ἓν ἡμέτερον, εἰς λό-
,, γον τῶν θείων μυστηρίων. ἀλλὰ μὴν
,, καὶ σωρὸν ἡμέτερον, καὶ πηχθῆναι ὀ-
,, φείλοντα ὑπὸ τὴν τιμίαν τραπέζης,
,, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσᾶ,
,, καὶ ἀμφίβυρον, ἔννικὸν, κεκοσμημέ-
,, νον χρυσίῳ. τὰ δὲ λοιπὰ μιλιαρήσια
,, εἶναι δὲ ἁγίᾳ ἔοικε ἵνα διὰ τῆς τύχης
,, σε, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς
,, τὴν αἴτησιν ταύτην εἰσέλθῃς εἰς βοή-
,, θειάν μου καὶ σιρῆς. καὶ ὁ διὰ τῆς πεσ-
,, σείας γέγονεν ἡμῖν τῷ ἐλέει τῆς σῆς
,, ἀγαθότητος, καὶ τῷ θελήματί μου,
,, καὶ σιρῆς εἰς τέλεον προέλθοι. ἵνα
,, κἀγὼ, καὶ ἡ σιρὴ, καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ
,, κόσμῳ, εἰς τὸν σὸν δοῦλόν σου ἐλ-
,, πίζωμεν, καὶ εἰς σε ἔτι
,, πιστεύωμεν.

bene est. Ac propter sanctitatem, & misericordiam, propter quæ summè colendum nomen tuũ, & quia preces ac vota exaudis, ex illo die Siræ quod fœminis solet, accidere desiit. Ego porrò de hoc non dubitaui; sed verbis tuis fidem habui, ac te sanctum, vereq; petitorum datorem credidi. Et cum illa mẽses suos non pateretur, vim ac potestatẽ visi illius, dictorumq; abs te veritatem perspexi. Ob id igitur ipsam crucem, & pretium eius in venerandam ædem tuam misi, iussiq; & ex eo discum vnũ, poculumq; vnum ad vsum diuinorum mysteriorum fieri: quin etiam crucem in sacrosancta mensa figendam, & thuribulum, omnia aurea, & Hunnicum quod vtrinq; aperiretur, auro ornatum fieri mandaui. Reliqua miliaresia sancto tẽplo tuo relinqui, vt præsidio tuo, Sancte, in rebus omnibus, potissimùm verò in hac petitione me, Sirãq; respicias. Quodq; tuis precibus misericordiaq; bonitatis tuæ nobis concessum est, pro vtriusq; nostrûm desiderio, opere ipso perficiatur. Vt ego & Sira adeoq; mortales vniuersi in potentia tua spem collocemus, atq; in te credamus.

CAPVT

CAPVT XV.

Tyrannidis Varamo conscij, morte plectuntur. Bindoes in Tigridem proiicitur. Fœdus & pax inter Persas & Romanos ex æquo seruatur. Vaticinia Chosroæ de Romanorum, Persarumq; imperijs. Quæ item Probo Episcopo Chalcidensium prænuntiarit. Adres Europæas regressio.

Εἰς τάχος παραγὰν ὡς τὸ τέμενος ὁ ἀποσταλεὶς ἀφικνεῖται. τὰ δὲ δῶρα τὰ τοῦ βασιλέως, ἅμα τοῖς γράμμασιν ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ. ὁ δὲ Βαράμ μὴ χειρωθεὶς ὑπὸ Χοσρόου, ἐξαίσιον ὑπεκρύσατο κίνδυνον. παγάρ τοι τῶν περσῶν βασιλέως, πάντας σὺν κεκοινωνηκότας τῇ τυραννίδι, ὀλέθρῳ παρέδωκε· αὐτόντε Βινδόην τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς κατέθετο. ὡς οἷα δὴ κατὰ βασιλέως χεῖρας ἐκτείναντα. αἱ δὲ σπονδαὶ Ρωμαίων τε καὶ περσῶν ἐν ἴσῃ μοίρᾳ προέρχονται, καὶ ἔτω δὴ τὸ ἐνδόξως ὁμόγας τε καὶ περσικὸς ἐκεῖνος Ρωμαίοις καταπέπαυτο πόλεμος. οὐκ αὖ δὲ φθάσομαι καὶ ὅσα λέγεται χοσρόῃ περὶ σὺν ἀστέρας τῶν χαλδαίων ἐξησκημένον, πολυάχολον μαθητότητα προαναγορεύσας τὴν τῶν πολέμων ἀκμήν. τῷ γὰρ στρατηγῷ ἰωάννῃ τῆς τῶν ἀρμενίων δυνάμεως εὐδοκίμῳ αὐτῷ ἔφη· μάντι ἀνοσμίας ἕνεκα, ὡς ἐδεῖ βασιλέα σκαιὸν πεφυκέναι τὸν τρόπον, ἅς τε τῆς ψυχῆς ὁρμὰς ὑπαίνιγμα ἀλλόκοτον, φασι, πρὸς τὸν στρατηγὸν λέξαι τὸν Βάρβαρον. ἐμὴ περ ὑπὸ τῷ καιρῷ τυραννήσεται, οὐκ ἂν ἐθάρρησας στρατηγὲ τὸν μέγαν ἐν ἀνθρώποις

QVi missus erat, celeriter ad templum perueniens, dona regis cum epistola in sacra mensa exponit. Varamus à Chosroe non captus, periculum magnũ effugit. Proinde rex quotquot cum eo in tyrannide communicauerãt, spiritu priuauit, ipsumque Bindoem, vt qui manus cõtra regem extendisset, in medium Tigridem demersit. Fœdera inter Romanos, & Persas pari æquitate coli cœpta. Hoc tandem modo acre illud, & Persicum bellum à Romanis non sine gloria finitum atque compositum est. Non præteribo autem, quæ Chosroes, in operosa inanitate astronomiæ Chaldæorum exercitatus, flagrante adhuc bello prædixisse fertur. Etenim cum Ioannes Armeniarum copiarum dux clarissimus de soluta disciplina, de moribus regiæ personæ indecoris, & absurdis cupiditatibus eum obiurgaret, aiunt ita respondisse. nunquam tu auderes, mi dux, in magnum inter homines regem scommata iace-

βασιλέα βάλλειν τῆς σκώμμασιν. ἐπεὶ δὲ τῆς παρῆσι μέγα φρονεῖς, ἄκουσον δὴ, ἃ τῆς θεοῖς ἐς ὕστερον μεμελέτηται. ἀντικαταρρώσει ἓν ἴσθι ἐς σὲ Ρωμαίους ὑμᾶς δεινά. ἔσεται δὲ τὸ βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ρωμαϊκῆς πολιτείας κρατῆν τριτὶῳ κυκλοφορικῷ ἑβδομάδι ἐτῶν. μετὰ δὲ τῦτ' περσίδα ἑβδομάδα ἑκάστων Ρωμαίοι πέρσας ἀγελαγωγήσετε. τῦτων δὴ διωυσμένων, τὶῳ ἀνέσπερον ἡμέραν ἐνδημεῖν τῆς ἀνθρώποις. καὶ τῷ προσδοκωμένῳ λῆξιν ἐπιβαίνειν ἔ κράτος, ὅτε τὰ τῆς φθορᾶς παραδίδοται λύσει, καὶ τὰ τῆς κρείττονος ἀγωγῆς πολιτεύεται. ἃ μετὰ πολὺ δὲ καὶ ὁ τῆς χαλκηδονέων πόλεως τῷ ἀρχιερατικῷ φρονήματι ἐπιβάλλει. καὶ ἤκουσέ που παρὰ χοσρόε παράδοξα ἔ γὰρ αὐτοκράτορος μαυρικίε τῦτον ἐς κτησιφῶντα πρὸς χοσρόην ἐπαποσταλέντος, ἐν σανίδι μεσημβρίαν τινὶ μεμηχανημένην εἰς τὸ ἀνάκτορα τῦτον εἰσοικισάμενος, ἰδρῶτι περιῤῥεόμενος, τῆς θεομήτορος εἰκόνα ἤξιε παρὰ ἔ ἱερέως θεάσασθαι. ἐπιφερόμενος δὲ ὁ ἱερεὺς τὸ τοιῦτο ἴνδαλμα ἐν νυκτί, ἐδίδαξε ἐς θέαν ἐλθεῖν τῷ περσῶν βασιλεῖ· ὃς δὲ προσκυνήσας τὸ φάσμα, ἔφασκε παρεσκευάσθαι αὐτῷ τὸ τότε δρᾶσον, φήσαντι πρὸς αὐτὸν, τὰς ἀλεξάνδρε νίκας αὐτῷ ἔ μακεδόνος χαρίσασθαι. ἃ τὰ ἤδη πεπραγμένα, ἐπολαβόντος χοσρόε τὲς τὰ βασίλεια καθόδου,

re, nisi iniqua nobis tempora dominarentur. Quia verò præsentia tibi spiritus faciunt, audias licet, quid dij immortales in futurum constituerint. Scias velim, calamitates in vos Romanos redundaturas. Gens Babylonica tribus in orbem actis annorum hebdomadibus, Romanorum tenebit imperium. Post per quinas annorum hebdomadas Romani Persas seruitio prement. Secundùm quæ dies sine vespera hominibus illucescet, exspectatusque imperij finis aderit; & abolita corruptione, melior viuendi ratio inducetur. Non multò post etiam Probus Chalcidensium creatus Episcopus, & à Mauricio Ctesiphontem legatus, ab eodem admiranda audiuit. Meridie enim quadam feruentissima, cum in regiam illum acciuisset, sudoreque manaret, Dei matris imaginem sibi ab eo ostendi postulauit. Quam ille in tabella depictam secum ferens, regi spectandam obtulit. Rex tabellam veneratus, noctu ipsam Virginem sibi apparuisse retulit, dixisseque, se ipsi Alexandri Macedonis victorias largitam esse. Quod dudum esse factum Probus confirmauit, cum iam in regnum rediisset, tyrannosque viribus & virtute Im-

peratoris

τῶν τε τυράννων ἐπικεκρατηκότ@ ῥώμῃ τε, καὶ δυνάμει τῷ αὐτοκράτορ@, διεξῄει ὁ θεός@. καὶ δὴ τὴν νινευὶ ἥκε πολυλείψανα τῆς ἐπὶ τῆς βαβυλῶν@ ἐγχειρηθείσης τοῖς ἀνθρώποις πυργοποιΐας, ὑπεῖναι τὴν τε πλίνθευσιν, καθὰ τῷ ἱεροφάντῃ μωσῇ δηγόρδυπα, εἶναι λίαν ἐπιμελῶς ἐξοπληθεῖσαν πυρί· ἀλλ' ἐπεὶ τῷ περσικῷ πολέμῳ τῇ σωθείσῃ τῆς ἀφηγήσεως ὡς οἷόν τε ἐπὶ πέρμα τήσαιμεν τὴν ὑπόθεσιν, θεὸς τὰ τῇ εὐρώπῃ πραχθέντα χωρεῖτω αὖθις ὁ κάλαμ@, τὰς βίβλους ναυπλόμεν@ μέλανι, ὅπως ἐπὶ τὸν λιμένα τῷ σκοπῷ καθορμιζόμεν@, καὶ τὰς ἐπιφανεῖς τῶν πράξεων φόρτον φερόμεν@, τὰ τῶν ἀξιαφηγήτων ἀκεσμάτων πληρώσῃεν.

peratoris adiutus perdomuisset. Allatæ sunt item à Niniue reliquiæ turris Babel, quam fictis lateribus (vt sacrorum doctor Moses explicauit) & igni diligenter excoctis, homines exædificare tentauerunt. Sed quoniam quæ de bello Persico scribenda fuerunt, cum eiusdem belli fine absoluimus, ad res in Europa gestas stylus redeat, & in atramento libros pernauiget: vt ad portum propositi appulsus, & insignibus rebus gestis onustus, quod superest auditionum memoratu dignarum repræsentet.

CAPVT XVI.

Mauricius ex oriente copias in occidentem reducit. Contra Abares se instruit. Rogatur à proceribus, & Patriarcha, & ipsa Augusta, atque liberis, ne ipse ducat exercitum. Nihil impetratur. Solis defectio. Ventorum rabies. Ad Legatum audiendum in vrbem redit. Ad expeditionem reuertitur. Piè sacra obit. Pauperibus benignè facit. Iter eius à Rompho. Aspectro forma suis incursatur.

Ἀρτι γε ἄρα πω τῷ θεῷ τὴν ἕω γε λώσης ἡμέρας τοῖς πράγμασι, καὶ τὴν θεόδοτον οὐκ ἐκ κλίνης βαρβαρικῆς μυθικῶς πεπεμένης ὁμηρικώτερον, ῥοδοδάκτυλός τε ἀπανηναμένης ἀκέειν, ἐπεὶ τὸ ξίφ@ τοῖς αἵμασιν αὐτοῖς ἐφοινίσσε), τὰς δυνάμεις ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τὴν εὐρώπην ὡς τάχιστα μετεβίβαζεν. ἐπί τε τὴν

CVM igitur iam in Oriente rediret rebus dies, nec fabulosè secundùm Homerum è lecto barbarico aurora prodiret, nolletque audire ῥοδοδάκτυλ@ (id est, *roseos habens digitos, seu purpurea*) quandoquidem gladiorum sanguine purpurandorum materia non restabat: copias Imperator quamprimum in Europam trās-

ἀγχίαλον τὴν ἐκδημίαν παρασκευάζεσθαι. διεγνώκει γὰρ τὸ ἀβαρικὸν αὖθις ἐπελθεῖν φοιτᾶν. προσδοκίμως τοιγαροῦν τῶν βαρβαρικῶν τυγχανόντων, εἰς παρασκευὴν σωτέτακτο. οἱ μὲν οὖν ἐντιμώτεροι τῶν εἰς συγκλήτου βουλὴν καταλιπάρχην τὸν κοσμοπράκτορα χειροτονῆσαι στρατηγὸν τῷ πολέμῳ, καὶ ἀναβολὴν τὸ βασιλικῆς ἐπιβολῆς ἀποφέρεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθον, ὁ τῶν ἱερατικῶν ἀγμάτων ἡγέμων ἐδεῖτο τὸν βασιλέα ἀποστρατηγὸν εἶναι, ἑτέρῳ δὲ τὰ τῆς ἀγωνίας μεταβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ οὐδ' ὣς οὐκ αἰδέσιμος ἦν ἐξαιτούμενος, ἡ βασίλεια ἅμα τοῖς παισὶ προσπίπτουσα ἠλλοίου τὸν γαμέτην τὴν κοσμοπράκτορα δευτέρας γνώσθαι φροντίδας. ὡς δὲ καὶ ταύτης ἡ ἀξίωσις πρόσωπον οὐκ ἔσχεν αἰσχυντηλόν, ἡ μέλος πρηνίου, ἐξεχώρει τῶν βασιλείων ὁ αὐτοκράτωρ μανελίκιος παρασύγγνευ ἔνα, καὶ ἡμιόλιον ἑβδομον δὲ ἄρα τοῦτο τοῖς βυζαντίοις ὠνόμασαν. κατ' ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν ἡλίου μεγίστη γέγονεν ἔκλειψις. ἔνατον δὲ ἄρα τοῦτο ἔτος ἐτύγχανεν ὂν μανελίκιος τοῦ αὐτοκράτορος. ἐπεγίνοντο δὲ καὶ ἐξαισίων πνευμάτων φυσήματα, νότου τε ὄντος, ὡς μονονουχὶ καὶ τὴν ἅπασαν βύθιον ψηφῖδα ἀναρρίπτειν τῷ βόλῳ τοῦ πάλου. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἀκηκοὼς ζαλαβζαὴ τὸν πέρσην ἥκοντα ὡς αὐτὸν, παλινδρομεῖ πρὸς τὸ βασίλειον ἄγων. ἀλλ' εἰς τι ὡς ἐνίοις ἔπιδεξίως τὴν τῆς πρεσβείας ἀξίωσιν, ἧς σκοπὸς αὖθις τὴν ἐκδημίας ἀπήρχετο. τυγχάνειν δὲ γλιχόμενος καὶ θείας τινὸς ἐποπτίας ζυγαπυσμένης αὐτῷ, ἅτε τὰ

fert, & Anchialum aduenire parat, quòd Abares irruptionem denuo cogitare acceperat. Dum ergo barbari exspectantur, apparatum bellicum adornat. Cæterùm honoratiores de consilio magnoperè orant, vti expeditionem duci committat: ipse per se in hostem ne eat. Cum non flecterét, sacrorum ordinum princeps (Patriarcha) eundem obsecrat, ne ducis officio fungi, sed eas partes alteri mandare velit. Sed cum nec huius preces, velut cãtu quodam iis delinitus reuereretur, Augusta vna cum liberis suppliciter instat, vti sententiam mutet. Verùm nec horum obtestatione quidquam commotus, è regia egreditur, parasangam vnam & semis, vsque in septimum (vt à Byzantiis nominatur) procedit. Eo die sol pœne totus est obscuratus. Annus imperij eius non tum agebatur. Coorti sunt item venti validissimi, vt tantum non mare ab imis sedibus euerterent. Porrò Zalabzanum Persam Legatum ad se venire audiens, in vrbem imperatoriam remeat. Cuius postulatis quã dextrè potuit expeditis, ductandi agminis voluntatem denuo est persecutus. Quia verò visum aliquod diuinum expetebat, quod tanquam socium haberet militiæ,

μέγα τῆς θρησκείας καπηπανυχίζει τὸ τέμενος, τὸ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ ἱδρυθὲν δομηθὲν τε αὐτοκράτορος, ἐς προσηγορίαν δὲ τῆς θείας Σοφίας τὸ ἱερὸν ἀναθεὶς μηδεμιᾶς τοιαρδὴν ὄψεως ἐνυπνίων ἐπιφανείσης αὐτῷ, λιταζόμενος ἅμα τῷ λαῷ, εἰς τὴν πρὸ τοῦ ἄστεος τὴν θεομήτορος οἰκίαν διημέρευε μυσταγωγούμενος, καὶ τῆς θεανδρικῆς μετελάγχανε πανδαισίων. ὁ δὲ νεὼς πρὸς τῇ πηγῇ καλεῖται. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Βασιλεὺς ἀπάρας ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὸ λεγόμενον ἕβδομον γίνεται ἐκλαιος δὲ τῷ ῥηγίῳ προσεβαλλε. ἐντεῦθα πολήτος ἄπειρον τὸ μετιόντων συνείθροιστο, καὶ ἠξίου τι παρὰ τοῦ Βασιλέως ἐλέσθαι. ὁ μὲν δὴ αὐτοκράτωρ τὰ ζυρρούσαντα πολήτη τοῖς ἑκεῖσε Βασιλείοις ἐναποκλείσας φιλανθρωπίας ἠξίου ἱκανὰ πελάκρεματίσας δρόμεια, ἐψυχαγώγει τὴν ἀθροισθεῖσαν πολήτος τὸ τῆς πενίας κατώδυνον. ὄρθριός τε γιγνόμενος, ἐγκελεύσας τε τοῖς σάλπιγξι, τῆς πορείας ἀπήρχετο. ἤδη τε τοῦ νοτίου ῥόμφου γιγνομένου, ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων προεπομπεύετο. ἡ δὲ ἔκλαμψις εἰς μῆκος διέτεινεν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τῷ σχήματι τοῦ σκεύους, τοῦ προπομπεύοντος δυνάμεως. τὸ δὲ μάχιμον κατόπιν ἐβάδιζε, τό τε ξύλον τοῦ σωροῦ τοῦ χρυσοῦ εἰς ὕψος ἐπὶ δόρατος χρυσοῦ ἀπηώρητο, καὶ προηγεῖτο τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ πολεμοδυνάμεως. ὑπὸ δὲ δυσπέρην ὥραν ἡλίου παμμέγεθες (ὃ δὴ τῶν ἐπιτυχάνειν οὐκ ἐχώρει καιρὸς τοῦ πόνου βασιλείως ὑπὸ παραχθέντος τῇ ἀθρόᾳ τοῦ ἡλίου ἀφίξει, τῆς καθέδρας

tiæ, in amplo religionis noſtræ templo, à Iuſtiniano Imperatore ædificato, & ſapientiæ Dei nomine conſecrato, noctem agit. Nulla ei per quietem ſpecie diuinitus oblata, cum populo preces fundens, in æde Dei matris ante vrbem diem totum rebus ſacris conſumit, epuloque cœleſti paſcitur. Aedes illa ad Pegen, id eſt, ad fontem vocatur. Poſtridie inde abiens, ad ſeptimum venit. Die ſexto Rhegium attingit. Vbi innumera mendicorum multitudo congregata, ſtipem ab eo flagitat. Quos in regiam quę illic eſt inductos, humaniter tractat, argenteosque nummos affatim diſtribuendo, dolorem egeſtatis illorum conſolatur. Appetente luce iubens claſsicum cani, iter proſequitur. Romphos vbi acceſsit ſtipatores antecedunt: acies in longum explicatur; Imp. velut in pōpa præcedentis agminis aſpectu mirificè oblectatur. Robur militum poſterius incedit. Lignum crucis Chriſti ſuper haſtili aureo ſublimè portatur, Imperatoremque, & circumfuſum militem antecedit. Diei hora altera inuſitatæ vaſtitatis ſus in Imperatorem incurrit, vnde equus eius tam incitato beſtiæ impetu conterritus ſeſſorem ex-

cutere

ἀποβαλεῖν τὸν βασιλέα τὸν ἵππον κατεσκίαζε. τῷ δὲ βασιλέως λίαν ἐπόχως ἐχομένῳ τῷ χαλινῷ, γίνεται ἄκων ὁ ἵππος πρᾴνιος, καὶ τῆς ὄψεως ἀποβαλόμενος δείματα, καὶ τῷ γνώμῃ μετέβαλλεν, αὖθις τῇς ἡνίαις οἰκονομούμενος. τὸ μὲν οὖν θηρίον ὑπὸ μηδενὸς πολεμούμενον, αὐταγωνίστῳ ἀλκῇ τῷ πάροδον εἶχεν ἀζήμιον· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοῦ θηρίου ἀφανὲς γυμένος, ὅπι τὸ μέτωπον τῷ σφρᾷ ἀναστηρίσας τὰ σήματα ὡς ἔθος ἐπὶ τῶν παραδόξων χρείαν οἷς ἀπιρχάζεσθαι εἶχετο τῆς βασάνου, ταῦτα τῷ θαυμάζων τὰ τῶν ἐπηκολουθηκότων παράλογα.

cutere luctatur. Quo frænamordicus retinente, quanquam inuitus, obedit, & terriculamento ab oculis ablato, fit quietior, iterumque habenis paret: nemineque aduersante, impunè, & generosè progreditur. Imperator, vbi bellua euanuit, pro consuetudine Christiana in rebus inopinatis, & horribilibus signum crucis in fronte exprimit: iter continuat, tamque inexspectatos euentus secum admiratur.

FINIS LIBRI QVINTI.

HISTO-

HISTORIAE MAVRICIANÆ

LIBER SEXTVS.

PHOTII CONSTANTINOPOLITANI IN EVNDEM LIBRVM

SYNOPSIS, SIVE SVMMA.

MAVRICIVM ex vrbe regia discedentem, coorta tempestas opprimit. Dum apud quoddam oppidulum in castris moratur, monstrum illic nascitur, puer sine manibus, sine oculis, sine superciliis, sine palpebris: cuius à coxendice cauda piscis pendebat. Imp. iussu necatur. Grex ceruorum, è quibus maximus sagitta vulneratus, in propinquum nemus perfugit. Vnus de satellitibus, & alius quidam Gepida insequuntur: qui aureo satellitis oruatu captus, illum occidit, multóque post huius fraudulentæ cædis compertus, in rogum coniicitur. Tres Sclaui citharas circumgestantes, qui ab Oceano vsque ad Chaganum missi ferebantur, Mauricio sistuntur. Theodorici regis Francorum ad eundem oratores Bosus, & Bettus, de paciscenda societate, si donentur munera. Petitio improbatur. Abarum arma in Romanos. Singidonis oppidi oppugnatio. Prisco Prætori creato, belli Europæi summa committitur. Chaganus templum Alexandri martyris flammis corrumpit. Romani Zurulo vrbe concluſi, ab eodem premuntur. Mauricius barbarum commento quodam, & fallacia ab obsidione abducit. Abarum ad Romanos legatio. Quæ Ardagastus à Romanis pertulerit. De Tatimere. Romanorum virtus, & Sclauorum strages. Ab Alexandro ductore Romano viriliter gesta. Sclauorum in Romanos in-

cursus. Monstra Constantinopoli in suburbanis procreata, puer quadrupes, & alter biceps. Prisco militia Europea præfectura adimitur. Theodorus à Prisco legatus, Chaganum dexterè, prudenterque emendat.

CAPVT I.

In turbulenta tempestate Perinthum, siue Heracleam nauigare contendens Mauricius, Daonium appellitur. Inde Heracleam equo vectus, Glyceriæ martyris templo reficiendo pecuniam elargitur. Monstrum pueri in Thracia prognatum, eo mandante interimitur.

Προπελάσας γοιχαρῶν ὁ αὐτοκράτωρ τῇ ζηλυθρίᾳ, ἐπὶ τὸν πρότερον (ὃν ἡράκλειαν εἴθισμαι τοῖς νεωτέροις ἀποκαλεῖν) ἀφὲ ναυτιλίας τὰς ὁρμὰς ἐποιεῖτο. γίνων δ' ἀχυώδεσμοι νῆες παρῆσαν, τῆς μὲν αὐτὰς ἐρεσίας καταδεῶς μηδὲν πρὸς βασίλειον ἐκπομπὴν ἀποδέοντος. τὸ δὲ πολὺ τοιαύτῃ ἀπαρχόμενος τὸ αὐτοκράτορος, κατωίχηται ὕδωρ ἐξαίσιον, ἀνέμων τε ἀκαθέκτων ἐπηχολόθει κινήματα. ὡς τὰς ἐρέτας, τὸ πρόθυμον ἀποκωπτεῖν χαίρειν φράσαντας τῇ κώπῃ, ἐρέσθειν παύεσθαι, τύχῃ δὲ ἀπερέψαι τὰ σκάφη. τὸν δὲ αὐτοκράτορα ἅμα τῇ μὲν αὐτὸν πεντηκοντήρῳ παραλόξῳ ζωτηρίᾳ ἐν τῷ Δαονίῳ ἀφισωθῆναι, τὴν ναυαγίαν ἐκκλίναντα. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χωρίῳ καταπανυχιζόμενος ὁ αὐτοκράτωρ, ἐξ ἐωθινῆς αἰθρίας γνομένης, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν βασίλειον ἵππον, ἐς ἡράκλειαν γίνεται. ἐπὶ τὸν τοίνυν γλυκερίας τῆς μάρτυρος νεὼν

POsteaquam Imperator Selybriam aduenit, Perinthum (quam recentiores Heracleam nominare consueuerunt) nauigare concupiuit. Expediuntur itaque, perfecteque armis omnibus instruuntur naues, quæ cum celeritate illum eò perueherent. Vt altum tenuerunt, immensum aquarum agmen cœlo ruit, ventisque immanè furentibus, fluctus attolluntur, vt qui ad remos sedebant, iis valere iussis, labore desisterent, nauigia fortunæ permitterent; Imperator autem cum sua πεντηκόρῳ (quinquaginta remorum) naufragio elapsus, Daoniumq; proiectus, præter opinionem euaderet. Ibidem transacta nocte, quia sudum erat, in equo imperiali Heracleam iniuit, Glyceriæq; martyris templo

ἐντιμενίζεται, ὡς οἷόν τι λῷ τιμήσας τὸ τέμενος, χρήματά τε ἀποδοὺς, ἐφ' ᾧ τὰ πυρὶ καταπεπωκότα τοῦ ναοῦ ὑπὸ τῶν ἀβάρων, πρὸς νεώτερον κάλλος μεταχωρεῖν, καὶ τὰς δυνάμεις ἐκτάξας, ἀπεφοίτα τοῦ ἄστεος. ποιήσας τοίνυν παρασάγγας πέντε, ἡλίου κεκλικότος, στρατοπεδεύεται ἐπί τι ὕψιον χωρίον τῷ θέσιν, πολύανδρόν τε, καὶ ἀφθονίαν τῶν εἰς ἐπισιτισμὸν εἰθισμένων. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χῶρον τάφρον ὁ βασιλεὺς διεχάραττε. τῶν δὲ πολιτῶν τοῦ αὐτοκράτορος τὰς αὐλαίας τῇ βασιλικῇ εἰθαλλομένων δορυφορίας πρὸς κοσμιότητα, ἐκκεκράγει γυναῖον. ἡ δὲ βοὴ διήκει, καὶ ἐς τὸ γυναικωνῖτιν καταφέρεται, ὡσπερεὶ γὰρ παρελύπουν τὸ γύναιον. Τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν αὐτοκράτορά τις ὑπασπιστὴς ἐξεχώρει, κωλύσων τῆς δυσφωνίας τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ οἰκίσκῳ ἐγίγνετο, τῷ τε τῆς βοῆς αἰτίαν διεπιφάνετο, τίκτει τὸ γυναῖον. ὁ δὲ πικτὸν ἀποτελεσμένον φύσεως ἐπέτυχεν ὄν. παγκάκιστον γὰρ ἦν, ὀφθαλμῶν τε καὶ βλεφαρίδων, καὶ ὀφρύων ἀμέτοχον· χειρῶν τε καὶ βραχίονων ἀλλοτριόν τε, καὶ ἀδιάτυπωτον. πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ, ἰχθύος οὐπερ ἔραιον ἦν ἐφυές. ἀτὰρ τούτου δὴ τοῦ θεάματος ὁ ὑπασπιστὴς ἱστορήσας τὸν τρόπον, ὡς τὸν βασιλέα τόν τε πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ θέλκυσεν. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ἐς θέαν τοῦ πράγματος γεγονὼς, καὶ ὅπως τοῦτο ἐπακολουθήσει οὐ γνοὺς τοῦ πράγματος ἐξιλάσας, μηδέν τι διαγνοὺς

tyris templũ ingressus, & quam maximè illud veneratus, pecuniam insuper ad partes eius illato per Abaros incendio vastatas ac prolapsas iterum excitandas, exornandasque erogauit. Deinde agmine ordinato discedens, confectis quatuor parasangis, sole iam sub terras lapso, ad oppidum in cliuo situm, frequens, & rerum ad victum requisitarum copiis abundans peruenit, ibidemque castra locat. Satellitibus porrò ad eius tabernaculũ, pro eo ac decebat, excubias ducentibus, vna muliercula partus cruciata doloribus, clarisonas voces iterum ac sæpius effundit. Egreditur de excubitoribus, qui fœminam tam absono clamore prohibeat. Vbi domunculam intrauit, caussamque vociferationis exquisiuit, illa partu soluitur. Is naturæ piaculum erat: puer nempe sine oculis, sine palpebris, sine superciliis, sine manibus, sine brachiis, peregrinum quiddam, & informe. Ad coxendices præterea cauda piscis agnata visebatur. Spectaculi huius forma, & modo lustrato, satelles parentes ipsos cum puero ad Imperatorem deducit. Qui portento conspecto, parentibus interrogatis, vnde id haberent, vbi

ὑπὸ τῶν πεσόντων, καταλύει τὸ θέατρον. τὸ δὲ τέρας ἀναιρεῖσθαι κελεύει. ἡ μὲν οὖν περατοτόκος ἀφέθη, τὸ δὲ παιδίον τὸ ξίφει ἠπατάζετο.

causſam nullam attulerunt, ſpectare deſinit, quod natum erat interfici iubet. Ita monſtri mater abſoluitur, & infans gladio conciditur.

CAPVT II.

Equus Imperatoris de repente diſruptus moritur. Ex euentis futura mala mœſtus auguratur. Grex ceruorum occurrit. A ſatellitibus inſequentibus plurimi funduntur. Gepidæ hominis in quodam ſtipatore propter ornatum veſtitus trucidando ſcelus nefarium. Tres Sclaui cum citharis capiuntur, & examinantur. Quare Sclauorum gens auxilia Chagano negauerit. Eorum ſtudium in muſicis.

Δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ μεταβαίνησεν ὁ βασιλεὺς, καὶ πρὸς τὸ λεγόμενον ἔναγον στρατοπεδεύεται. ὁδοιπορήσας τε παρασάγγας δύο, θάρρον ἐδείματο. καὶ τότε δὴ τὸν ἵππον ὁ ἐπισημότερος τῷ χρυσίῳ κόσμῳ καταλαμπόμενος, πεσὼν ἀπέσκλη αὐθρόον, διαῤῥαγείς. ὁδὲ βασιλεὺς οἰωνισάμενος ἐπὶ τέρασι πᾶσι τοῖς ξυμβόλοις ἀπαισίων, καὶ λίαν δεινῶν ἐσομένων πραγμάτων αὐτῷ, ἀπείλυπος λίαν, δέει τῶν μέλλοντος ἐπὶ τοῖς παροῦσι καταπλήσσεται. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παροδεύοντι τῷ βασιλεῖ, ἐντυγχάνει αὐτῷ ἐλάφων πλῆθος. οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τὴν αὐτὴν πρόσοψιν καὶ βέλεσι τῶν ζώων ἐπεξάζοντες, πλήθεται γῆν τὸ μέγιστον τῶν ἀγελαζομένων ἐλάφων. ἐκ ἀκόντως ἐπιδίωξις καρτερὰ ὑπὸ τῶν κυνηγετικῶν ἐγένετο. ἡλίου τε δυομέ-

DIE altero Imp. Enatum (loci nomen eſt) cũ exercitu tranſit; emenſisque duabus paraſangis, caſtra vallo communit. Tum de eius equis nobiliſsimus, & aureis ornamentis decorus collabitur, ruptoque ventre confeſtim extinguitur. Ex omnibus hiſce præſagiis Imp. infausta, & peratrocia ſibi in poſterum præſentiens, & præſentibus terrefactus, ob metum futurorum in mœſtitudine haud mediocri verſabatur. Poſtridie in itinere procedenti ceruorum grex occurrit. Stipatores Imp. ſagittis & iaculis eos appetunt, meritoque venatu acriter inſequentes, partem maximam ſternunt. Sole autem occumbente, cum forte cerua proſiliens, celeri curſu venatores

νυ, καὶ τῆς ἐλάφυ ἐξαλλομένης, καὶ τῷ ἅρματι τῶν τροχῶν ἀποκλινόντων τὴν θήραν, οἱ μὲν ἄλλοι ἐπαύοντο. τῶν δὲ τῷ βασιλεῖ δορυφόρων, καὶ γήπαις τὸ γένος ἀνὴρ εἶχοντο τῆς διώξεως. ἔτι λινα πίνυ δρυμὸν χωρησάσης ἐκείνης αὐτῆς τῆς ἐλάφυ τῇ δρόμυ ὠκύτητι, ἐγκυπτομένης τε τῷ κατακόμῳ τῆς λόχμης, καὶ οἱ ἄνδρες ἐς τὸ τοῦτο ἐχώρυν, τῷ φιλονείκῳ τῆς θήρας παροτρυνόμενοι μᾶλλον πρὸς τὴν ἔπιδοξιν. ὁ μὲν ἕν γήπαις τὸν νεανίαν ὁρῶν ἐν ἅπασι βεβλημένον λαμπρᾷ, ζώνῃ τε χρυσῇ ἐμπεπορπυσμένον τὸν ἄκομψον, τόν τε ἵππον αὐτοῦ χρυσοχάλινον, ἀνεῖλε τὸν δόλιον, δολοφονήσας αὐτὸν ὑπὸ λινα φάραγγι. ὁ μὲν ἕν δορυφόρος ἀντὶ τῆς ἐλάφου κακὸν κακίστης ἐφέσεως γέγονε θήραμα, οἴκοθεν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἔπιβολὴν ἐνεγκάμενος. λῖνα γὰρ αὐτῷ, καὶ ἄρκυς, καὶ δίκτυα ὁ χρύσεος κόσμος ἐγίνετο. σωμάτων δημος κατάκοσμος, καὶ σωμοδοίπορος ἔπιβολος. πρώτης δὲ φυλακῆς τῆς νυκτὸς γενομένης, ὁ μὲν ἐργάτης ἕν φόνυ ἐς τὸν χάραγα ἐπανῆκεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, οἵπερ ἀμφ' αὐτὸν τὸν δορυφόρον μηδαμῇ πως ἡσθημένοι, ἔτι τῆς ἀθηλίας τὰς ψυχὰς καταθλήβοντος. ἕ ἵππος πίνυ τινὰ ἄλλως πλανωμένος, γηπόνος ἀνὴρ τύτυ περιτυγχάνει, καὶ ἐς τὸν φάρον αὐτὸν ἀπεκόμιζεν. ὑπὸ πάσας γὰρ ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτὸν κύκλον καθεστάναι ἕ φόνυ, ὃν βάσανον ἐξεδίδυ κολάσεων. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἄνδρες τρεῖς σκληβωνοὶ τὸ γένος μηδένα σιδήρυ βεβαλ-

tores fugeret, aliis insequi supersedentibus, vnus quidam de Imperatoris satellitio, & alius, homo Gepida fugientem insectantur. Cumque in syluam se penetraret, arborumque densitatem peteret, duo illi studio quodam venandi ad prædam assequendam incitati, etiam vltra pergunt. At enim Gepida adolescentem splendida veste indutum, & baltheo ex auro scitè fabrefacto cinctum, & equum eius insignem habenis aureis intuës, in valle quadam dolo infelicem obtruncat. Ita Doryphorus ille loco ceruæ mala mali desiderij præda factus est, sponte, & in corpore suo insidiarum materiam circumferens. Nam lina, retia, & plagæ, aureus ipsi ornatus fuit, comes indecens, & insidiosus viæ socius. Prima noctis vigilia operarius iniquitatis in castra gressum recipit. Imperator cum suis doryphorum nusquam cernentes, re incerta animis percellebantur. Equum sessore vacuum, & errantem agricola quidam forte nactus, in castra reducit. Hunc ipsum agricolam cædem fecisse Imp. suspicatus, quæstioni subiicit. Postridie viri tres nec gladiis accincti, nec vllo genere armo-

λόμενοι, ἢ ὀργάνων πολεμικῶν, ἐάλω σαν ἀπὸ τῶν τοῦ βασιλέως ὑπασπιστῶν. κιθάραι δὲ αὐτοῖς τὰ φορτία, καὶ ἄλλοθι ἐδὲν ἐπιφέρουσι. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς διηρώτα τὸ ἔθνος αὐτῶν, καὶ τοῖς τὰς δωρεὰς ἐκληρώσαντο, τίνι τε αἰτίαν τῆς πρὸς ὑμᾶς Ρωμαϊκὰς τύχας ἀναστρεφῆς. οἱ δὲ, τὸ μὲν ἔθνος ἔφασαν τοῦ Φυκένας σκλαβηνοὶ· πρὸς τῷ τέρματι τοῦ δυτικοῦ ὠκηκέναι ὠκεανοῦ· τὴν χαγᾶνον μέχρι τοῦ αὐτόθι πέσθαι ἐκπέμψαντα ἐπὶ συλλογῇ μαχίμων δωρεῶν· ὁδῷ τε πολλὰ τοῖς ἐθνάρχαις φιλοπρήσαντα. οὐκ μὲν οὖν δεξαμένους τὰ δῶρα, τίνι συμμαχίαν αὐτῷ ἀπανήνασθαι, ἀποκναίειν τε αὐτοὺς τὰ μήκη τῆς ὁδοιπορίας διαχυρίζομένων· ὡς δὲ τὸν χαγᾶνον ἐπαποστείλασθαι αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐαλωκότας, ἀπολογίαν ποιήσειν ἔχοντας. πεντεκαίδεκά τε μησὶ τίνι ὁδὸν διανύσαι. τὸν δὲ χαγᾶνον ὑπιλαθόμενον τοῦ νόμου τῶν πέσθεων, ὀλιγωρήσαι κωλύμιον αὐτοῦ τῆς ἀναζεύξεως. αὐτοὺς τε τῶν Ρωμαίων ἔθνος ἀκηκοότας ὑπό τε πολέτῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ λίαν, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, εὐκλεέστατον, ἐμπροθυμεῖσθαι τίνι εὐκαμείαν, πρὸς τῇ θρᾴκῃ ἀναχωρῆσαι. κιθάρας τε ὑπισχνεῖσθαι διὰ τὸ μὴ ἐξησκῆσθαι ὅπλα τοῖς ζώμασι περιβάλλεσθαι, τῆς χώρους αὐτοῖς ἀγνοούσης τὸν σίδηρον, κἀντεῦθεν τὸν ἀρίστιμον καὶ ἀσκησιμώτατον παρεχομένης τὸν βίον αὐτοῖς λύρας τε καταψάλλεσθαι περιλαλεῖν ἐκ εἰδότας τῆς σάλπιγγος. οἷς γὰρ ὁ πόλεμος ἀνήκοος, ἀκήτους αἱ ἔτυμα-

rum præditi, tantummodò citharas gestantes à satellitibus Imperatoris capiuntur. Quærit ex iis Imp. qua gente oriundi, qua regione, quibus de caussis Romana loca obeant. Respondent se Sclauos esse; ad Oceanum occidentalem habere sedes; Chaganum eò Legatos ad colligenda auxilia cum muneribus multis ad Principes gentis misisse. Principes muneribus susceptis, auxilia recusasse, affirmantes, itinerum longitudinem sibi oneros am ac molestam esse. Et se, qui modò capti sint, ad Chaganum missos, vti re ipsa illi respondeant. Menses quindecim in itinere peragendo consumpsisse. Chaganum legislegatorum immemorem, eorum reditum consultò impedire. Audisse, Romanos potentia, & humanitate summam quod dicere liceat, adeptos claritudinem; opportunitatem proinde arripuisse, & in Thraciam reuertisse. Citharam porrò curare, quod arma tractare nesciant; quandoquidem ipsorum regio ferro careat, vnde extra seditiones ac tumultus in pace ac tranquillitate ævum degant. Lyris canere, cum tubis circumstrepere non didicerint. Bellum enim ignorantibus, optabiliorem au-

φασκον αἱρετώτερα τῶς ὑπάναγκα τὰ τῆς μουσικῆς μελετήματα. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ ὅπῃ τοῖς ῥηθεῖσι τὸ φῦλον ἀγάμενος, φιλοξενίας ἠξίωσε ἐκείνους αὐτοὺς, οὓς ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἐντετυχηκότας αὐτῷ, θαυμάσαντος τε τὰ τῶν τοιούτων σώματα τὸ μέγεθος, τό τε μεγαλόφυες τῶν μελῶν, ἐς τὴν ἡράκλειαν τὸν τρόπον παρεπέμπετο.

tumabant esse exercitationem musicam. Imperator hinc gentem laudans, & illos ipsos ad se adductos hospitalem in modum habens, eorumque magna corpora, & magnos membrorum artus admirans, Heracleam misit.

CAPVT III.

Senatus Imperatorem per Legatos ad redeundum frustra inuitat. Per loca paludosa, ad pontem angustum exercitus incedens, eius cura, & sollicitudine adiuuatur. Ad Anchialum castra facit. Propter oratores Persicos Constantinopolim repetit. Francorum rex pro societate tributum postulans nihil agit. Chaganus pactam pensionem augeri poscens, nec impetrans, bellum mouet: Sclauis naues imperat.

Τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ καὶ πρέσβεις ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἐξεπέμποντο ἄσσους, ἥ τε ἀξίωσις ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐς τὴν βασιλέα ἐγίγνετο. ἡ δὲ ὑπόθεσις τοῦ ἐπανάζυξιν τὸν βασιλέως ἐκδημίας ἐθέρμαινε λαβεῖν. ὁ μὲν οὖν αὐτοκράτωρ μηδέν τι προσηκάμενος τῆς πρεσβείας, παλινοστεῖν προσέταττε τοῖς πρέσβεσι. τῇ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ἐς τὸ πρόσω ὁ αὐτοκράτωρ μετεχώρει. σενῆς δὲ μὲν φύρας ἱκανῆς στρατεύμασιν ὁμιλούσης, παναγῶδές τι δυσχωρίας συγκυρησάσης αὐτοῖς, δυσοδίη δὲ καὶ ἡ διάβασις ὑπῆν. ἐπεὶ δὲ πλησίον πηγὴ ποταμοῦ, ὃν ξηρόγυιον προσκαλοῦσιν οἱ πλησιόχωροι. ἀκροσμοῦσα τε τῆς διαβάσεως περὶ τοῦ διάβασιν, θρύλλος τε περὶ τοῦ φύρας ἀναβοήσαντος, ἀνυποστάτου

TErtio die Legati ex vrbe imperãte ad Imp. à Senatu mittuntur, qui eum ad redeundum à peregrinatione sollicitẽt; quos ille legationem auersatus, domum regredi iubet. Quarto die porrò iter tendit, cum perangusto ponte, paludibusque occurrentibus, transitus militibus perdifficilis efficitur. Prope aberant fontes fluminis, quem accolæ illius loci Xerogypsum indigitant. Turbatis igitur, & confusis ordinibus circa transitum, tumultuque ad pontem excitato, & clamore improuiso per multitudinem exorto, &

non-

τι βοῆς προσηχουμένης τῷ πλήθει, καὶ τίνων κατακρημνισθέντων ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ὄχλον ἐκθλίψεως, ἵππου πρὸ ποδὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ βακτηρίαν ἑλόμενος, αὐτουργὸς ἐγίγνετο κοσμιότητος. καὶ τῆς ἐπιθέσεως ἀπέχεσθαι τὸ πλῆθος προσέταξας, ἐδίδου τῇ βασιλικῇ πύλῃ διέξοδον, τῇ ἀναβολῇ τῆς συγχύσεως τὸ κατ' μικρὸν ἀσινεῖς ἀσφαλὲς τοῖς στρατεύμασιν. ἔτω μὲν ἂν ὁ βασιλεὺς ἄσιτος διημερεύσας περὶ τὴν γέφυραν, παρεῖχε τῇ δυσχωρίᾳ διέξοδον. ἡλίου δὲ πρὸς δυσμὰς ἀποκλίναντος, ἀπὸ σημείων δύο τῆς γεφύρας ἐστρατοπέδευε. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πρὸς τῇ ἀγχιάλῳ διαγεφύρει τὸν χάρακα. ἡμέρας τε πέντε πρὸς ταῖς δέκα ἐνταῦθι τὴν διατριβὴν ποιησάμενος, εἰς τὸ βασίλειον ἄχυ ἐπάνεισι, ἥκειν ἀκέσας ὑπὸ τῶν πρεσβέων βασιλέως εἰς Βυζάντιον πρέσβεις. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ καὶ οἱ τῆς κελτικῆς ἰσηγείας πρέσβεις εἰς τὸ βασίλειον παραγίγνονται ἄχυ. φρόγγοι δὲ ἅρα ὅτι τὴν νεωτέραν γλῶτταν καταμάζονται. αἱ δὲ πρεσβεῖαι τοῖς πρέσβεσι βόσις καὶ βέτις. τέσσαρ ὁ ἔθνους δωρέας, (ὄνομα θεοδώριχος αὐτῷ) εἰς βασιλέα ἐξέπεμπεν. ἠξίου τε σωθῆναι φορολογίας τῷ ῥωμαϊκῷ συμμαχῆσαι, καὶ δώροις ἀνελέσθαι πρὸς τὸν χαγᾶνον τὸν πόλεμον. ὁ μὲν ἂν αὐτοκράτωρ τοῦ πρέσβεις φιλοφρονησάμενος δώροις, ἀπέμισθον τὴν ξυμμαχίαν ἐκέλευσε φρόγγοις παρέχεσθαι, ἀργυρολογεῖσθαι τὸ ῥωμαϊκὸν ὑπὸ τῶν βαρβάρων οὐκ ἀνεχόμενος. ὁ δὲ χα-

nonnullis ex collisione incedentium præcipitatis, Imperator ex equo descendens, sumpto in manus baculo transeuntes per semet in ordinem redigit: turbamque mutuum comprimere vetans, interualla præscribit, ac transitū remota confusione paulatim tutum, securumque exercitui reddit. Sic Imperator circa pontem die per inediam exacto, iniqua loca transgrediendi facultatem comparabat. Sole ad occasum deuergente, à pōte altero lapide tentoria figit, & die sequenti apud Anchialum similiter. Illic dies quindenos commoratus, cum de Legatorum regis Persarum aduētu Byzantium accepisset, domum rediit. Die tertio etiam Legati Celtiberorum, qui hodie Franci dicuntur, Bosus & Bettus in vrbe adsunt. Huius gentis Princeps Theodoricus tributum pro societate cum Romanis coëunda, & pretium pro bello aduersus Chaganum gerendo ab Imperatore pacisceba tur. Qui Legatos muneratus humaniter, & barbaros à Romanis exigere pecuniam iniquè patiens, hortatur Francos, vt citra stipendium, seu vectigal, quod postulabant, armorum societate secum deuinciri vellent. Chaganus item

pacta

γᾶν & ἐπενθήκας λαμβάνειν τὰς συνθήκας ἐζήτει τὸν καῦσερα. ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τοῖς λόγοις τοῦ βαρβάρου ὧτων σὺκ ἐδίδου βαλεῖδα, ἀντιλάμβανε παραυτίκα τὸν πόλεμον. καὶ ἤν ὁ χαγᾶν & τοῖς σκλαβίνοις προστάττει ἀκατίων πλήθη πεκτανέσθαι, ὅπως πρὸς Δάβασιν χοίη τὸν ἴστρον πειθήνιον.

pacta tributa augeri à Cæsare cõtendebat; cui cum aures non darentur, continuò bellum moliri, & Sclauis bonum numerum parandorum actuariorum ad Istrum traiiciendum indicere.

CAPVT IV.

Singidonenſes Sclauos incurſant. Chagani voluntate Singidon obſidione liberatur. Nauigia à Sclauis tranſmittendo flumini compinguntur. Priſco Europæi belli adminiſtratio permittitur, qui Saluianum Legatum, ſiue ſubducem legit, & ad clauſtrum præoccupandum mittit. Saluianus conſpectu barbarorum maiore multitudine occurrentium perterritus refugit. Conflictu ad caſtellum Romani hoſtem ſuperant; ſuperueniente Chagano fugiunt.

Οἱ μὲν τῆς σιγγηδόν & οἰκήτορες ἀθρόαις ἐφόδοις ὑπὸ τῶν σκλαβίνων σὺν πόνοις ληίζονται, καὶ πυρὶ παραδίδοσι τὰ πρὸς ναυπλίαν τούτων ἐπίχειρα. Δάβατοι τοίνυν τῆς πολιορκοῦσι τὴν σιγγηδόνα οἱ βάρβαροι, ἡ δὲ πόλις ἐς τάχατον ἀφικομένη κακῶ, ἰσχνὰς ἐπεφέρετο ζωτηρίας ἐλπίδας. ἑβδόμῃ δὲ ἡμέρᾳ καὶ ὁ χαγᾶν & τοῖς βαρβάροις προστάττει τῆς πολιορκίας ἀπέχεσθαι, γενέσθαι τε ὡς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ τὸ βάρβαρον τούτων αὐτήκοον γέγονεν, ἀπολιμπάνει τὸ πόλισμα χρυσῶν δαρεικῶν χιλιάδας ἀπενεγκάμενος & δύο, τραπεζά τε χρυσοῦν παιον, καὶ σολιὴ καὶ ἤν ὁ χαγᾶνος παραύγας ποιησάμενος & πέντε, στρατοπεδεύεται ἀνὰ τὸ

CIues Singidonij Sclauorum labores crebris impreſsionibus depopulantur, eorumque in fabricandis nauibus opera ignibus exurunt. Quocirca barbari vrbem obſidione circundant. Quæ ad extremam deuoluta miſeriam, ſpe ſalutis exigua alebatur, cum luce ſeptima Chaganus barbaris edicit, vti obſidione relicta ad ſe veniant. Quibus dicto audientibus, ab obſeſſis duobus daricorum millibus, menſaque auro illuſa, ac veſte acceptis, ab oppido recedit, con-

μίρσιον, πλήθη τε σκλαβηνῶν ξυλεργεῖν παρεσκεύαζεν, ὅπως τὸν πορθμὸν, τὸν λεγόμενον σίρον, ναυπηγούμενος διανήξηται. ὁ μὲν δὴ περὶ τὴν ἐπιστρατείαν ἐπείγετο. οἱ δὲ σὺν δρόμον τῷ προστάγματι τὴν ναυπηγίαν παρείχοντο. τοιαῦτα γὰρ οἶδε τῶν ταγμένων ὁ Φόβος ταξιαρχῶν ἀπεργάζεσθαι. ἐπακτρίδων γὰρ ἄρτι τῷ βαρβάρῳ ὑπομένων τε καὶ προκειμένων, τὸν ἀγχίθυρον ποταμὸν διαπεραιοῦται τὸ βάρβαρον. ὁ μὲν δὴ χαγάνος ὡς ἀμαχεὶ σωτάξας ἐπόδασμον, προθέειν ἐκέλευε, καὶ φοβερὸν τὴν ἐντυχίαν τῆς ἐπιστασίας Ρωμαίοις παρέχεσθαι. πέμπτη δὲ ἡμέρα καὶ τῇ βονωνίᾳ προσωμίλει. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ στρατηγὸν χειροτονεῖ τῆς εὐρώπης τὸν πρίσκον, αὐτοχειρίᾳ δυνάμει συμφράξας αὐτόν. ὁ μὲν δὴ πρίσκος ἱππαρχήσαντα Ζαλβιανὸν ποιησάμενος, χιλίοις τε καθοπλίσας ἱππεῦσιν, ἐκέλευεν προκαταλαβεῖν τῶν ἐχυρωμάτων τὸ ἄσυλον. ὁ μὲν δὴ τῆς προκλιανῆς τὰς διαβάσεις ἀγκαλισάμενος, χάρακα θέμενος ἐν αὐλίζεται. πεμπταῖός τε περαιτέρω τῶν ὀχυρωμάτων ὑπομένων, σωτυχαίνει τοῖς προθέουσι τῶν βαρβάρων. διαγνὸς τοιγαροῦν οὐκ ἀξιόμαχον ἐπιφέρειν δυνάμιν πρὸς παράταξιν, πρὸς τὴν τῶν ἐχυρωμάτων αὖθις ἀσφάλειαν τὴν καταφυγὴν ἐποιήσατο. οἱ δὲ βάρβαροι προσβαλόντες τῇ διαβάσει, ἐς τὸ πρόσω χωρεῖν τὴν ἐγκοπὴν ἀπελάμβανον, τῆς ἀντιθέτου φυλακῆς τῶν Ρωμαίων δυνάμεως κωλύμην παρεχομένης τοῖς τῶν

fectisque parasangis quinque, ad Mirsium castrametatur, ac multitudini Sclauorum componendarum nauicularum ad amnem Saum transeundum negotium iniungit. Et ille quidem expeditionem vrget: hi iussa illico complexi, & constitutos decuriones ad opera exigenda metuentes, curandæ nauigationi operam dant. Fabricatis igitur iam nauigiolis, & in medio propositis, vicinum flumen barbari transmittunt. Chaganus partem copiarum segregat, quæ præcurrat, Romanisque aduentus sui terrorem iniiciat. Quinto die Bononiam accedit. Imperator Priscũ Prætorem Europæ declarans, extemporalem ei manum adiungit. Is Legatum sibi Saluianum creat, cui præcipit, vti cum mille equitibus claustra præoccupet. Saluianus Proclianes transitum cingens, aggere excitato insidet. Die quinto egressus, barbaris præcedentibus occurrit, ac se ad pugnam viribus imparẽ cognoscens, intra claustrum securitatis caussa regreditur. Barbari cum ad fauces peruenissent, vltra procedere vetabantur: propterea quod Romani in statiuis manentes, iis se se opponerent. Hîc inter vtrosque pugna atrox per diem totum commissa est,

βαρβάρων κινήμασι. καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ἐπεῖσε τοὺς Ρωμαίους τε καὶ βαρβάροις ἐς τὸ καρτερὸν συμπλοκήν. διημερεύσας τοίνυν ὁ πόλεμος καὶ πολλῶν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἀναιρεθέντων, τὸ κρεῖττον ὁ τῶν Ρωμαϊκῶν ἀποστράτηγος ἐπελάμβανε. πρώτη τε φυλακὴ τῆς νυκτὸς καὶ ὡς τὸν χαγᾶνον τὸ βάρβαρον γίνεται, ἀφηγεῖταί τε τῶν συγκυρησάντων τῷ ἔθνει. ἐξ ἑωθινῶν τοιγαροῦν χιλιάσιν ὀκτὼ τὸν σαμὲρ ὁ χαγᾶνος συμφέρεξας ἀπέστελλεν. Ρωμαῖοι δὲ τῷ ὄπτι γενομένῳ πληθυῖ μὴ ἀνασχόντες, ἄπειξ τῆς παρατάξεως εἶχοντο. πεπτηότων δὲ τῶν βαρβάρων, ἀναλαβὼν ὁ χαγᾶνος τὰς δυνάμεις, ἐχώρει πρὸς πόλεμον. ὁ δὲ Ζαλδιανὸς καταπλαγεὶς τῷ ψυχῷ ὅπῃ τῷ πλήθει τῶν ἀπείρων δυνάμεων, δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς τὰς Σαβάσεις ἀπολιπὼν, ὡς τὸν πρίσκον ἐπάνεισιν.

multisque barbarorum interfectis, Romanus Legatus prævaluit. Prima noctis vigilia barbari ad Chaganum reuenientes, acta exponunt: qui manè Samurium cum octo millibus mittit. Romani copia tanta superueniente nihil territi, prælio mordicus instant. Victis barbaris, Chaganus cũ reliquiis accurrit. Saluianus innumerabili multitudine perculsus, transitu relicto, secunda noctis vigilia ad Priscum est reuersus.

CAPVT V.

Iter Chagani: Alexandri martyris templũ incendit: à Romanis speculatoribus nec flagris extorquere veritatem potest: Drizipera adoritur: inde diuino quodã viso exterritus abit. Priscus è cõflictu ad Heracleam inito, Didymotichum fugit; Zuruli à Chagano obsidetur. Fictis à Mauricio ad Priscum litteris in terrorem datis, parua accepta mercede recedit.

Ὁ δὲ χαγᾶν τρεῖς ἡμέρας ἀνὰ τὸν χῶρον τὸν πρὸ τῶν ἐχυρωμάτων ἐνδιατρίψας, τετάρτῃ διέγνω δὴ Ρωμαϊκὴν ἀποδρᾶσαι. πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀπὸ πρώτου ἕως τῆς πρείσκου ἀπέρχεται, καὶ διαπεραιοῦται τὰς δυσχωρίας τῶν Σαβάσεων. γίνεται γὰρ ἡμέρᾳ τρίτῃ εἰς τὸ λεγόμενον σαβελέντε καναλίν. εἶτα τῇ ἀγχιάλῳ προσέμιξε. ἀπάρας τε ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τῷ νεῷ ἀλεξάνδρου μάρτυρος γενόμενος, εἶδε τὸν τῷ παμ-

CHaganus triduum in loco ante clausturũ moratus, quarto die Romanos fugisse cognouit. Quinto die sub primam auroram iter inceptat, difficilemque locum illum pertransit. Tertio die Sabulentum Canalin dictum locum; inde Anchialum peruenit. Anchialo discedens, vbi martyris Alexandri ædem reperit, edacibus flammis eam pro

φάγῳ πυρὶ παρανάλωμα. τρία τε σημεῖα μεταβας, τῆς ἀπὶ κατασκοπῆ παρὰ τῶν Ρωμαίων στρατηγὸν παρεμφθεῖσι συνετύγχανεν. ὁ μὲν ἓν βάρβαρος αἰκισμοῖς διηρώτα, τὸ, τίς αὖ εἴη ὁ τῶν ἐαλωκότων σκοπός. τὴν τε αἰτίαν τῆς πορείας αὐτοῖς ἐρεσοδιφέμενος, ἤχαλλεν, οὐκ ἔχων μαθεῖν τὸ τῆς ἀληθείας ἀκίβδηλον. νόῃοις γὰρ αὐτὸν ἐξεκρέσαντο λόγοις. πέμπτης δὲ παρωχηκυίας ἡμέρας, πρὸς τὰ δριζίπερα μετοχετεύει τὸν χάραξα, τὴνικα πόλιν ἐπεχείρει πως παραιρήσασθαι. ἐπεὶ δὲ οἱ ἔνδον ἐς τὸ καρτερὸν παρεβάπτοντο, τὰς ἐλεπόλεις ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ὁ βάρβαρος ἐπεκτήνετο, θρύλλα γὰν ἐξαισίᾳ προπεσόντος τῇ πόλει, δπισάλων τε τῶν τῆς ζωτηρίας ἐλπίδων γινομένων αὐτοῖς· εἰς δπίπλασον θράσος ἐφοίτησαν. τὰς γὰρ πύλας ἀναπετάσαντες ξὺν πολίσματος, ἠπείλουν ξὺν ἔρκεσι καταφρονεῖν, ἰσοπέδιόν τε πρὸς σὺν βαρβάρους ἀναλαμβάνειν τὸν πόλεμον. οἱ μὲν ἓν μέχρι φωνῆς καὶ τῷ σχήματος τὴν παράταξιν ποιησάμενοι, ὑπὸ τῆς δειλίας καταπληττόμενοι, οὐκ ἐξεχώρουν τοῦ ἄστεος. θεία δὲ φρουτίδι τινὶ ἀπέργει τὸ βάρβαρον δπιτήδες. ἔδοξε γὰρ ἡμέρας μεσούσης ὁρᾶν Ρωμαϊκὰς ἀπείρους συμφράπτεσθαι φάλαγγας, ὑποχωρεῖν τε ξὺν ἄστεος, καὶ ἀνὰ τὸ πεδίον ἐπείγεσθαι, ὀργώσας πολεμεῖν καὶ θανατᾶν πρὸς παράταξιν. ἀσπάζεται πίνω αὐτοχέδιον ὁ χαγᾶνος ὑπόδρασιν. ἐδόκησις

ludo exurit. Inde tribus millibus distans, in speculatores Romanos incidit: quos interceptos, flagris quid vellent curiosè interrogat. Sed quanquam causſam itineris indagaret sollicitissimè, tamen quoniam fictis eum responsis morabantur, liquidam veritatem (quod ei stomachum mouit) elicere non potuit. Post diem quintum Drizipera profectus, vrbem subigere aggreditur. Oppidanis fortiter se defensantibus, die septimo machinas expugnatorias fieri curat. Cum igitur ciuitatem ingens perturbatio inceſſeret, & spes salutis fluctuaret, incolæ audaces se se atque imperterritos fingunt. Nam portis reseratis, oppidum circumsidentes sese contemnere, & æquo Marte cum illis dimicaturos iactitant. Cæterùm voce tãtùm, & specie quadam tenus congredientes, præ timore magno intra mœnia hærent. Diuina autem prouidentia quædam barbaros ab vrbe opprimenda cohibuit. Visus est enim Chaganus medio diei videre innumeras Romanorum phalangas, vnà frementes ex oppido procedere, & in campum ad animas in acie profundẽdas cupidissimè properare. Hinc se in fugam subitò coniicit, tametsi

quos

λῶ τὸ ἀντίμαχον, μορμολυκεῖον ὄψε-
ως, & διανοίας καταπληξις. πέμπτῃ
δὲ ἡμέρᾳ καὶ ὁ Χαγᾶνος ἐπὶ τὴν
πειρινθον γίγνεται· ἡράκλειαν δὲ
τὴν τῶν Ρωμαίων προσαγορεύουσιν. ἐ-
πεὶ δὲ πρῖσκος ἐξαπιναίως εἰδε τὸ
βάρβαρον, τῇ ἐπιβολῇ ἀναβολὴν ἀ-
παρείχετο. συμπλακεὶς τοιγαροῦν τοῖς
ἀναντὲς χαγᾶνον περὶ πόλεμον, αὐθω-
ρὸν τοῖς πολεμίοις τὰ νῶτα ὑπέδειξε,
τῇ ἀφθονίᾳ τῆς ἀντῆς δυνάμεως
φέρειν οὐκ ἔχων τὴν μάχης τὴν ἔν-
στασιν. ἀπαρεὶς δὲ διδυμότειχον ἅμα τῷ
τινὸς καταπαννυχίζεσθαι· τοῦτο γὰρ δὴ τῷ ἐμπόρῳ πάννυχον λῦ ὁ παννύχις. ἑβδομάδαν γὰρ ἡμέραν ἦγε τὸ γύναιον, ἄρσεν παιδίον τῷ ἀνδρὶ λοχῶσάμενον. σωήθεις γὰρ τῆς ἐγχωρίοις, ἐπὶ τοῖς λοχωμένοις παιδίοις ἑβδομάδαν ἄγουσι τὴν ἡμέραν, συμποσίων ἑορτῆς καταπαννυχίζουσι. ἐπεὶ τοίνυν τὰ τῆ δείπνα τῷ ἐμπόρῳ κόρῳ καθυπεβάλλετο, λαλύπη ἡ ἑστίασις, καὶ τῆς τῆ ἐμπόρου οἰκίας ὁ εἰς κάλλος γραφῶν δεσποίτας. μεσούσης τοίνυν νυκτὸς, καὶ γνώμενος τῆ τὸ λεγόμενον τῆς πόλεως τύχαιον (χώρος δέ ἐστι τῆς ἀλεξανδρείας ἐπίσημος) ὁρᾷ τοὺς ἐπισημοτέρους τῶν ἀνδριάντων ἐκ τῶν βωμῶν καθερπύσαντας, καὶ μεγίστῳ αὐτῷ ἀφίεντας φωνῷ ἐξ ὀνόματος καλεῖν τὸν ἄνδρα τοῦτον συγκροτοῦντας, διηγουμένους τι μεγάλην, καὶ σωτήριον φωνῆ τὰ κατ' ἐκεῖνον τὴν ἡμέραν παρηκολουθηκότα συμπώματα μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι. ὁ μὲν δὴ ἀνὴρ τῷ παραδόξῳ τῆς θέας φόβῳ πολλῷ συνελείς, οἴκαδε γίνεται. ὀρθρίου τι γνόμενος, τοῖς τοῦ τὰ λεγόμενον ἀγγελίοις, τοῦτο δὴ τὰ φοβερὰ διέξισιν ἀφηγήματα. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς αἰγύπτου ἔπαρχον τὸ ἄκουσμα γέγονε (πίπτει δὲ κατ' ἐκεῖνο καιρὸν τῆς αἰγυπτιακῆς ἡγεμονίας τὰς ἡνίας διείπεν, ὃς καὶ σωήπεστος τοῦτο γνώμην ἡμῖν) μεταπέμπεται παραβύστου ὁ τῶν ἀνδριάντων γνόμενος ἀκροατής. ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀνεταστὰς τάτε τὰ ῥήματα, καὶ γνωμάσας τὰ ἀφηγηθέντων τὰ ἔκβασιν, τῷ εἰς κάλλος γράφοντι ἐπετίμησε, μὴ μεταθεῖναι, ἐφ' ἑτέροις τὰ μυστικὰ ταῦτα, καὶ ἀπόῤῥητα δηγήματα

tebat: nam ibidem tota nox festa agebatur, quod eius vxor septimum iam diem à partu pueri masculi agebat. Habent quippe morem indigenæ, vt natis maribus diem septimum solennem agentes, noctem quam longa est, luxu & conuiuio traducant. Cui vbi mercator finem fecit, & cætus cõuiuialis solutus est, Calligraphus ex ædibus abit. Nocte autem media cum in regionem vrbis celebrẽ veniisset, Tychæum nomine, nobiliores statuas basibus suis dimotas cernit, seseque clarissimè nominatim appellantes audit, magnaque voce, & tribus verbis nuntiantes, quid illo die calamitatis Mauricio Imper. accidisset. Ille inexpectato viso pauefactus, domum venit, & manè Augustali terriculamentum istuc commemorat. Quod vbi ad aures Præfecti Aegypti perlatum est, (Petrus eo tempore prouinciam illam regebat, generis propinquitate nobiscum coniunctus) clam illũ qui statuas loquentes audiuerat, accersit. Quem vt diligenter percunctatus, & quæ narrabat admiratus est, vetuit cuiquam alteri hæc arcana, & silentio tegenda patefacere: notatoque die ille, euentum rei est præstolatus. Die

nono

τὰ τῇ ἡμέραν πίνιω ἀποχραψάμε-
νος ἐκεῖνῳ ὁ τῆς αἰγύπτε ἡγεμὼν
ἐκαραδόκει τὴν ἔκβασιν. ἐννάτῃ δὲ
ἡμέρᾳ καὶ ἄγγελος εἰς τὴν ἀλεξαν-
δρέων παραγίνε), πομπεύων, ὡς ἔπος
εἰπεῖν, τὴν ἀναίρεσιν μαυρικίε τοῦ
αὐτοκράτορ. τῶν πίνιω προμε-
μνυμένων λόγων τῶν ἀνδριάντων, ἢ
δαιμόνων εἰπεῖν οἰκειότερον, ὡς λέ-
γω τὰς ἐκβάσεις ὁ πέτρ, ἐς τὸ
φανερὸν τῇ προαγορεύσιν ἐδριάμ-
βευσε. τόν τε εἰς κάλλ χράφοντα
ἐς μέσον προὐβάλλετο, καὶ κύριον
αὐτὸν τῆς ἱστορίας ἐδείκνυε. πολλὰ μὲν
καὶ ἕτερα κῇ τὴν Ρωμαίων πολιτείαν
τῆς τῶν μελλόντων προαγορεύσεως
ῥώματα γίνε), ἃ εἰ διεξοδικώτερον
ἀναγράφειν διεγχειρήσομεν, ὁ πᾶς ἡ-
μᾶς αἰὼν ἀπολείψει. μὲν οὖν λέγεται
τὸν μαυρίκιον φιλοτίμως ἔχειν πρὸς
τὴν τῶν λόγων μεγαλοπρέπειαν, τι-
μᾶν τε λίαν λαμπρῶς τοὺς ἐνηθλη-
κότας περὶ τὰ κάλλιστα τῶν μαθημά-
των. τοσοῦτον δὲ λείπεσθαι καὶ τὸ ἐπὶ τῆς

nono venit Alexandriam, qui eçdem Mauricij, vt paucis dicam, diuulgat. Petrus itaque vt eorum quæ per statuas, seu, vt conuenientius loquar, per dæmones prænuntiata erant, exitum cognouit, prædictionem quoq; diuulgauit, Calligraphumque narrationis auctorem in medium produxit. Multa quidem & alia, eaq; mirabilia in futurum Romano imperio prædicta sunt, quæ si disertius explanare velimus, nullum tempus nobis suffecerit. Quin etiam prædicatur Mauricius eloquentiæ fuisse cupidissimus, quique in artibus liberalibus desudassent, eos honoribus insignibus cumulasse. Aedificasse item Tarsi templum Paulo Cilici, qui toto pœne orbe salutariter Euangelium Christi Iesu vnigeniti filij Dei disseminauit. Insuper tertiam partem vectigalium subditis remisisse, & Byzantiis ad aquæductus renouandos triginta talenta donauisse.

ταρσῦ ἱερὸν παύλε τοῦ κίλικ τοῦ καταγγελισαμένε ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ
χεδὸν τὸ σωτήριόν τε καὶ παράδοξον κήρυγμα χριστοῦ ἰησοῦ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ
τοῦ θεοῦ. ἀναφέρεται δὲ καὶ τὴν τρίτην μοῖραν τῶν φόρων συγχωρῆσαι τοῖς
ὑπηκόοις τὸν βασιλέα μαυρίκιον, ταλαντα τε τριάκοντα τοῖς βυ-
ζαντίοις φιλοτιμήσασθαι, ὅπως τὴν τῶν ὑδάτων
ὅλκὴν νεουργήσωσιν.

CAPVT

CAPVT XIV.

De corpore S. Euphemiæ martyris Chalcedone miraculum: sudor videlicet sanguineus in die anniuersario eius martyrij: qui spongiis collectus in vasculis populo dispertitur. Quo pacto Mauricius incredulus, fidem cum multis lachrymis habuerit, & summa in posterum veneratione martyrem prosecutus sit.

Μὴ παραδράμοι δὲ τὰς φιλοίστορας ἃ περὶ τὴν τῶν εὐφημίαν τὴν μάρτυρα παράδοξος συμβεβηκότα καὶ ἐκεῖνο καιρός. ἀλλά τι μικρὸν πρεκθείνωμεν τὸν λόγον. τὰ γὰρ θείας ἐλάμψεως διηγήματα πεπυχότα, πολλὴν τῆς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων τὴν περὶ ἑαυτῶν φιλοπμεῖν τὴν ὠφέλειαν. χαλκηδὼν πόλις καθίδρυται ἀπὶ στόματος πόντου, ἐς τὸ ἀντιπέρας τῶν βυζαντίων πλίσματος. ἐν ταύτῃ νεὼς ἵδρυται εὐφημίας τ μάρτυρος. ἔνθα περιβύτης λόγος καθέστηκε, τὸ πανίερον σῶμα ἀπὶ σηκῷ κατατεθεῖναι τῆς μάρτυρος. γίνεται τε χαρᾶν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ τὴν ἡμέραν τῶ κατ' αὐτὴν μαρτυρίε σημεῖον παράδοξότατον, καὶ τοῖς μὴ πεθεαμένοις ζυλλήβδην εἰπεῖν ἀπιστότατον, διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῆς θείας ἐνεργείας ἐκείνης. πεντακοσίοις γὰρ ἤδη πε ἐνιαυτοῖς ἐν τῷ ταφῷ ἐγκειμένε τὸ ζώματος, τῇ τὴν παναγεθλιθείσαν ἡμέραν ἐπ' ὄψεσι τ ὄχλων ὁ τῆς ἱερατικῆς τῶν αὐτόθι πρεσβῶν ἐκκλησίας, ἀπόγγοις ἀπὸ ζώματος πεθνεῶτος πηγὰς αἱμάτων ἀρύεται, καὶ ἴδοις ἂν ὡς ἀπὸ τὴν ζώματος.

NON decet etiam historiarum cupidos præterire, quæ illo tempore circa martyrem Euphemiam præter hominum opinionem gesta sunt. Aliquantum igitur orationem producamus. Etenim narrationes, quæ mentes diuina quadam claritate illuminant, non mediocrem vtilitatem audientibus ingenerare consueuerunt. Chalcedon vrbs est ad ostium ponti sita, exaduerso Byzantij. In ea templum est sanctæ Euphemiæ martyris, vbi eiusdem sacratissimum corpus in arca asseruari, inde à maioribus ad nos fama peruenit. In annos porrò singulos, die quo martyrium obiit, res maximè admiranda editur: & vt breuiter dicam, iis qui non viderunt, minimè credibilis, propter diuini illius operis excellentiam. Nam cum eius corpus iam annis quadringentis in monumento iaceat, die tamen, de quo dicebamus, in conspectu omnium, loci Episcopus, spongiis à corpore mortuo plurimũ sanguinis colligit. Videas non secus quam è recens occiso corpore vulnerum

tabo

νεοσφαγοῦς ἰχῶρι τραυμάτων ἀναμεμιγμένα τὰ αἵματα, μύροις ζυγκεκραμένα αὐτοφυέσι λισί. καὶ τούτων τὰς διανομὰς ὅπῃ σκιδῶν ἐξ ὕελλα πεποιημένων μικρῶν τοῖς ὄχλοις τὸν ἱερέα ποιούμενον. εἰσέρχεται τοίνυν εἰς τ' Βασιλέα μανικιον ἔννοιαστις τῷ δυοκαιδεκάτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοκρατορικῆς ἐξουσίας καὶ ῥᾳθυμία περὶ τὰ θεῖα ψυχῆς, καὶ ζμικρολογεῖται τὰ θαύματα, καὶ ἀποδοκιμάζεται παρ' αὐτῷ τὸ παράδοξον, καὶ ῥαδιουργικῆς ἀπιστίας ἀνθρώπων ἀνατίθησι τὸ μυστήριον. ἀπογυμνῶται τοιγαροῦν τὸν ἀργύρεον κόσμον ὁ Χριστός, καὶ περιφρουρεῖται τοῖς ζφεγγίσι τὸ μνῆμα. οὕτω γὰρ τὸ τῆς ἀπιστίας θεράπων ἠβούλετο. ἐπεὶ δ' ἡ κυρία ἐπεδήμει ἡμέρα, βασανίζεται τὸ ἀπόρρητον, ἐξετάζεται τὸ μυστήριον, τὰ θαύματα δοκιμάζεται, καὶ γίνεται τῆς ἑαυτῆς δυνάμεως. διὰ τῶν θαυμάτων ἀνεῖχε φῶς μάρτυς, καὶ πάλιν μεμυρισμένων αἱμάτων ἀπὸ τοῦ μνήματος πηγάζουσιν ὀφθαλμοὶ, καὶ βλύζει τοῖς σκηπτοῖς τὸ μυστήριον, καὶ παίονται στάγες εὐωδίας αἱμάτων, καὶ πολυπλασιάζει ἡ μάρτυς τὴν ἔκροιαν. οὐκ οἶδε γὰρ γνώσεως φθονῆσαι θεὸς ἀπιστούμενος. οὕτω μὲν οὖν ἡ μάρτυς ἐπαιδαγώγει τοῦ βασιλέως τὸ ἄπιστον. ὁ δ' αὐτοκράτωρ ἀντέπεμπε τοῖς τῶν αἱμάτων σκηνώσεσι τὴν τῶν δακρύων ἐπίχυσιν, καὶ τοῖς σκηροῖς τῶν μύρων αἰτιδίοις τῶν ὀμμάτων

tabo commistam erumpere vim sanguinum, vnguenta, nulla arte comparata redolentium, & per vascula vitrea ab eodem aduentantibus distribui. Mauricium igitur duodecimum iam annum imperantem, subit imbellis, & ignaua quædam circa res diuinas cogitatio, extenuatque & reiicit tam insigne miraculum, & mysterium hoc fallacium hominum commentum esse asserit. Ornamentis igitur argenteis sepulchrum nudat, & obsignat, id quod incredulitatis audacia postulabat. Vbi status dies affuit, arcanum exploratur: in mysterium inquiritur: miraculum probatur: fitque martyr suæ virtutis hoc admirando opere testis omni exceptione maior, iterumque sanguine vnguentifero meatus corporis per monumentum, instar fontium fluit, & scaturit emissionibus mysterium, odoreque cruoris suauiter spirantis spongiæ imbuuntur. Eum fluxum tum martyr adauxit. Deus enim, quamuis illi non credatur, non tamen hominibus cognitionem suæ virtutis & bonitatis inuidet. Atque ita martyr incredulitatem Imperatoris sapere docuit: qui sanguinis emanationibus lachrymarum effusiones remisit: & fluentibus

τὸν ὄμβρον, θαυμασὸς φάσκων ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ λίαν νῦν ἐκτὸς τοῦ προκειμένου ἐξεχύθημεν, ἀναμνησθῶμεν καὶ τῆς ὑποκειμένης ἡμῖν ἱστορίας, καὶ τὰ περὶ τὴν τυραννίδα γενόμενα διεξοδικώτερον ἀναγράψωμεν.

entibus vnguentis imbres oculorum suorum rependit, *mirabilis*, inquiens, *Deus in sanctis suis*. Posteaquam igitur non imprudenter digressi sumus, tempus monet, vt descriptionis nostræ recordati, quę in tyrannide euenerunt, enucleatius persequamur.

CAPVT XV.

Constantinam Augustam cum tribus filiabus in priuatas ædes contrudit Phocas: Chosroen de sua creatione, additis muneribus certiorem facit. Apud Daram Legatus Lilius à Germano præsidij Præfecto splendidè excipitur, & quid ibi contigerit. Chosroes Mauricij vlciscendi, bellum Romanis infert. Lilius in Perside retentus, parum beneuolè tractatur. Rumor de Theodosio adhuc viuo tyrannum terret: vnde Alexandrum, vt imperata non exsecutum, sua manu obtruncat.

Κωνσταντίναν τοιγαροῦν τὴν πορφυρογέννητον θυγατέρα τοῦ αὐτοκράτορος ἅμα τισὶ θυγατράσιν ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ τινὶ καθάπαξ κλεῖσον ὁ τύραννος ἐποιήσατο. λέοντος δ' ὁ οἰκος προηγόρευτο μὲν δὲ πέμπῳ καὶ χιλιάρχαις τὴν ἑαυτοῦ ἀναγόρευσιν ζωγράφας ὁ τύραννος, πρὸς χοσρόην ἐξέπεμπεν, λίλιον ἄγγελον τῆς τυραννικῆς χειροτονίας προχειρισάμενος. τοῦτο γὰρ εἴθισται Ρωμαίοις τε, καὶ πέρσαις ποιεῖν, ὁ πηνίκα τῆς βασιλείου ἁψῖδος ἅπτωσι δηλώσεως. ὁ μὲν λίλιος βασιλικὰ δῶρα ἀποφερόμενος, ἐς τὰ δάρας παρεγίνετο. τοῦτον ὁ γερμανὸς (ἀνὴρ δ' ἦν τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ κομιζόμενος, τὴν τε τοῦ σωτηριγμένου αὐτῷ τραπέδου-

Constantinam itaque Tiberij Imperatoris filiam, vnâ cum tribus filiabus in priuatam domum, Leonis dictam, tyrannus includit. Mense quinto literis scriptis Chosroen de sua inauguratione, Lilio huius tyrannicæ creationis delecto nuntio monet. Sic enim & Romani, & Persæ solent, cum in regiæ dignitatis gradu collocantur. Lilius cum muneribus imperatoriis Daram venit: quem Germanus consularis, & præfidij illic præfecturam sortitus, magnifico apparatu excipit. Paulo etiam ante occupa-

tam

λαχὼν ἐπιμέλειαν) φειφανῶς λίαν εἰσεδέξατο. φεύγων γὰρ βεραχέα τῆς τυραννίδα κμηρου, χοσρόου τοῦ περσῶν βασιλέως ἀπεχθανομένου τῷ πολεμάρχῳ ναρσῆ, ὁ αὐτοκράτωρ μαυρίτιος ὑποπαύει τῆς φειφρουρᾶς τοῦ λαέρας τὸν ἡγεμόνα ναρσοῦ, καὶ γερμανὸν ἀνεγνίσησιν, ἐντεῦθεν ὁ μαυρίκιος ἐθέλων καπιπαύσαι τὴν βαβυλώνιον χαλεπότητα. ἱππαζομένων τοιγαροῦν, καὶ ξιφωρίδα πεπιημένων γερμανοῦ καὶ λιλίου, σπαπώτης ἀνὴρ πλήθει τῷ ξίφει ὑπὸ τρίτην ὥραν τὸν γερμανὸν ἱππαζόμενον. ὁ μὲν οὖν γερμανὸς ὑποδὰς τὸν ἵππον, φοράδην οἴκαδε παρεγένετο. ἐπεὶ δ' ὅλη ἐν κμηριῷ τὸ πεῖ τὴν καταφορὰν ἐυδοκίμησεν, ὀλίγας ἡμέρας ὁ γερμανὸς ἀπέσωτο τὴν πληγήν. ὑπὸ τοίνυν φαρμάκων βελπιωθεὶς, ἐσιάσας τὸν λίλιον λίαν ἐπισήμως, πρὸς χοσρόην παρέπεμψεν. ὁ μὲν οὖν χοσρόης ὑπόθεσιν πολέμου τῇ τυραννίδι πραγματούμενος, τὴν κοσμοφθόρον ἐκείνην ἐστράτευσε σάλπιγγα, αὕτη γὰρ λυτήριος γέγονε τῆς ῥωμαίων τε, καὶ περσῶν εὐπραγίας. ἐδόκει γὰρ καταφρονούμενος ὁ χοσρόης ἀντέχεσθαι τῆς ὁσίας μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος μνήμης. ἕως μὲν οὖν ὁ περσικὸς πόλεμος τὴν ἡσυχίαν ἐκληρώσατο. ὁ δὲ λίλιος διετέλει παρὰ τοῖς πέρσαις σκληραγωγούμενος. καὶ τὰ πάντας τοίνυν ἡμέρας εἰς τὴν οἰκουμένην πλατεῖαν εἰσήρρησε, καὶ θεοῦ λόσιον οἱ ῥωμαῖοι μὴ πεθηκέναι ἐδόξαζον. καὶ γίνεται τοῦτο κάλλιον μεγίστων κακῶν, καὶ φόνων εὐτυχία ἡ ψευδὴς αὕτη

tam tyrannidem, cum Chosroes Narsi duci infensus esset, Mauricius Narsem Præfectum præsidij Darensis ordine mouit, Germanumque ei subrogauit, cupiens isto modo Babyloniam iracundiam mitigare. Germano & Lilio equis & bigis in oppidum inuectis, miles quidam die tertio Germanum in equo ense ferit: quem descendentem, domum sui deportant. Sed quoniam plaga lethalis non erat, paucis diebus ex ea auxiliis adhibitis conualuit. Tum Lilium lautissimè structis epulis acceptũ, ad Chosroen dimittit. Chosroes belli caussam & inuitamentum sibi Phocæ tyrannidem sumens, illud orbi exitiosum classicum cecinit, quod Romanorum, Persarumque fortunas afflixit. Visus est enim planè Chosroes tueri, & asserere velle sanctam Mauricij memoriam. Atque hæc belli Persici origo fuit. Lilius in Perside manens, inhumanius tractabatur. Per eosdem dies error per imperium increbuit, creditumque à Romanis, non interiisse Theodosium; quæ fabula mala maxima, cædesq; plurimas progenuit. Et cum etiam ad regiam

ὑπόθεσις πραγματεύῃ. τὸ γὰρ λόγῳ αὐξανομένῳ πρὸς τὰ βασίλεια, ταραχὰς φιλίαν ὁ τύραννος, καὶ τὸν ἀλέξανδρον ξίφει διέφθειρεν. ἔδει γὰρ τὰς συνεργάτας τῆς τυραννίδος τὴν φωκᾶν διαφθεῖραι, καὶ τὰς ἐπὶ τῷ κακῷ συμμαχήσαντας ἐξαισίοις παραπέμψαι ὀλέθροις. οὐκ οἶδε γὰρ κοινωνοπραγία κακῶν πιστὴν φιλίαν τῶν συμπεφρονηκότων βεβαίαν ἱδρύσασθαι.

vsque pertigisset, tyrannus nimiopere conterritus, Alexandrum neci dedit. Oportebat nimirum ipsum Phocam administris suæ tyrannidis vitam auferre: quique sibi ad scelus subseruiissent, eos ad magnum exitium mittere. Nam in societate maleficij firma stabilisque amicitia non reperitur.

FINIS LIBRI OCTAVI.

IN HI-

IN HISTORIAM THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ ANNOTATIONES.

IN DIALOGVM PHILOSOPHIAE, ET HISTORIAE.

TANQVAM filo quodam per labyrinthum] *Minotaurum monstrum biforme, ex Pasiphaë vxore prognatum, Minos Cretensium rex labyrintho, Dædali ingenio & opera fabricato includit. Ipsum labyrinthum Ouidius 8. lib. Metamorph. sic describit.*

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus ac liquidis Phrygius Mæandrus in vndis
Ludit, & ambiguo lapsu refluit fluitq;,
Occurrensq; sibi venturas aspicit vndas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare rursus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias: vixq; ipse reuerti
Ad limen potuit, tanta est fallacia tecti.

Huic portento Athenienses quotannis septena nobilium corpora deuoranda mittere, à Minoë victore iussi erant: vt tradit etiam Virgilius principio lib. 6. Tertia sortitione Theseus missus, Minotauro interfecto, filo ad ingressum labyrinthi, consilio Ariadnes Minois filiæ alligato, quo vestigia regeret, ex illis ambagibus sese explicauit. Quod his versibus narrat Catullus poëmate venustissimo de nupt. Pelei, & Thetidis.

Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui vestigia filo,
Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Res quapiam plurimum impedita & intricata, labyrinthus vocari solet. Quod autem nos ex huiuscemodi rebus impeditis, intricatisq; expedit, & extricat, potest item παροιμιακῶς seu Thesæum, seu Ariadnæum filum *nominari: idq; ab istis paræmiarum vel architectis, vel collectoribus prætermissum esse miror.*

Nihil quippe incognitum ducend. pulch. mea, & Cyrenæi sent.] *μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλὸν, ὡς ἐμοίγε, καὶ τῷ κυρηναίῳ δοκεῖ. Hunc Cyrenæum puto esse Aristippum, à quo philosophia Cyrenaica, & Cyrenaici propagati. Inter alias eiusdem γνώμας à Laërtio hæc non refertur. Est autem verissima, nec recondita. Sensus pulchritudinis non est sine iudicio: iudicium præcedit cognitio, siue vtrumque horum postea verum, siue vtrumque falsum sit. Nam amantibus pulchra videri, quæ pulchra non sint, affirmat Theocritus. ἄγνωστα igitur,* non cognita, *qui tandem possunt haberi pulchra? Vulgò etiam dicitur,* ignoti nulla cupido. *Quia scilicet ignota non æstimantur pulchra & præclara. Quæ talia non æstimantur, nec appetuntur. Vocem ἔχοιμι arbitror sine sensus detrimento deleri posse, quem impedit potius, quàm adiuuat.*

Tyrannus Calydonius] *Phocam in palatium imperatorium, atq; adeò in imperium nullo iure, & furenter inuadentem, apro Calydoniæ agros fœdum in modum deuastanti bellè comparat. Eum aprum Diana, in primitiarum sacrificio ab Oeneo rege Aetoliæ studio prætermissa immisit. Metamorph. lib. 8. Eundem importunissimum, immanissimumq; tyrannum mox non minus aptè* de genere cyclopum, *&* centaurum petulantissimum *vocat, iisdem epithetis eundem lib. 8. cap. 10. exornat. Feritatem cyclopum nec legibus parentem, nec deos metuentem Homerus, & Euripides describunt. Vide adagia,* Cyclopica vita, *&,* Cyclopum more. *A moribus item centaurorum, qui legum & iuris contemptores, viribus, & vi agebant omnia, prouerbium est κενταυρικῶς, de iis, quæ inciuiliter, ferociter,*

rociter, & crudeliter committuntur. De Phocæ ignauia, ebriositate, sæuitia, libidine, odio in eum multitudinis, dignissimo flagitiis suis exitu, Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 43. 55. 56. & alij.

E porticu imperatoria] *Ad ποὰ alludit, in qua Zeno docuit: cuius discipuli primum quidem à magistro Zenonij, postmodum ab illa porticu, tanquam schola sua, Stoici sunt cognominati. Facit autem Simocatta Mauricium philosophum: ideo eius palatium quasi ποὰ fuisse videri cupit. Et in ipso etiam vocabulo magnum illi honorem habet, propter disciplinæ illius rigorem, ac sanctimoniam. Vnde Zeno cum Theophrastum à multitudine discipulorum audiret commendari: illius chorus, inquit, est maior: meus autem melius cantat. Soli enim Stoici vim virtutis tenere: ad Christianos quidem propius illa dogmatum seueritate accedere visi sunt. Honorificè quoque suum Socratem appellat. Socrates autem omnium sapientissimus ab Apolline pronuntiatus est.*

Heraclidæ me seruarunt] *Propter Heraclium vnum ex tribus interfectoribus Phocæ, & eius in imperio successorem hoc dicit: quo imperante historiam hanc Simocatta composuit: quasi ille è posteris Herculis fuisset, tyrannoq; tollendo simile quiddam auo suo in monstris occidendis præstitisset, qui vt illa hominibus, sic ipse virtuti & bonis artibus exitium machinatus esset. Ex cognatione nominis captatus est lepos.*

Attica modulor cantica] *Mihi, & artibus liberalibus locus est: hoc enim volunt ista verba. Nam Athenæ omnium doctrinarum inuentrices. Quis præterea nescit illa,* Attica facundia, Atticus lepos, Attica Musa, Attica eloquentia? *Philo, lib.* Quod omnis probus liber. *Quod enim in oculo pupilla, in animo ratio, hoc Athenæ in Græcia.*

Vt Alcestin aliquam viribus Hercul. resuscitauit] *Ex argumento tragœdiæ huius nominis apud Euripidem locus hic illustrabitur. Est autem ferme istiusmodi. Admeto rege Thessaliæ iam moriturò, Apollo, qui (propter cyclopas videlicet interfectos) Iouis coactu eius armenta pauerat, à Parcis obtinuit, vt alterum tantum viueret, si quis morti pro ipso se offerret. Quod cùm ex amicis, ac propin-*

quis

quis nemo, nec vel pater, vel mater (quanquam senes, & capulares) facere vellent, Alcestis coniux sese obtulit. Hercules interueniens, vbi didicit quod acciderat, ad sepulchrum accessit, mortem discedere coëgit, ipsamq; Alcestin lepidè viro suo viuam restituit.

Malorum depulsoris] ἀλεξίκακος *quamobrem appellatus sit Hercules, ex tot eius laboribus cognosci facilè potest: quos quidem nos ex variis poëtis vnum in locum, ad Symbolas nostras lib. 8. Aeneidos collegimus. Sed plures etiam à mythologis afferuntur. Natalem Comitem præ aliis lege, si placet.* ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, ἀλεξίκακοι θεοὶ. *Dij depulsores, auersores malorum, pestiumq; & calamitatum defensores. Vide Bud. Comment.*

Et hunc crobylum, siue plexum capillorum] *Verba ista,* siue plexum capillorum in vertice, *interpretandi caussa adiecimus. Est porrò* κρώβυλος *Hesychio,* ὁ κόρυμβος τῆς ἐμπλοκῆς, ἡ ἐπὶ ἀνλωεγμένη ἀπὸ μέσης ἐς μετώπης ἐπὶ τὼ κορυφώ. nodus, seu nexus capillorum, à fronte media in verticem reductorum, seu reuinctorum. *Athenienses cirris, siue plexibus huiusce modi capillorum cicadas aureas implicabant, seu innodabant, quo se per illud insectum indigenas esse testarentur. Cicada enim ibi viuit, vbi nascitur. Vnde* πεπιγοφόροι *dicti. De hac Athenienſium consuetudine, item de crobylo multa eruditè Hadrianus Iunius lib. de Coma.*

Nec enim vel terrenum ornatum inornatū manere vult] *Græcè sic est.* οὐκ ἐθέλει γὰρ ἅτε τὸν πεῖγειον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. *Arbitror loci totius hanc sententiam esse. Artes ingenuas, quæ sunt ornamenta quædam terrena, non cœlestia, etiam ipsas adhuc ornari, & excoli desiderat. Et vita illi est, hoc est, summæ voluptati est, in sapientia ista terrena excolenda alios operam ac studium suum ponere. Ornant homines scientia, & ab iisdem vicissim ornantur.*

Quæ corpus non habet, in terris philosophatur] *Nos hanc sententiam hinc probabiliter elicimus. Ego philosophia, quæ corpore careo, per hunc Antistitem Sergium in terra sum, & philosophor. Et rursus per ipsum (qui est quasi viua, & corporata philosophia) tanquam homo cum hominibus versor. Occurrunt interdum quædam i-*

stius

stius generis per hanc historiam, ad quæ intelligenda attentione, & agitatione quadam mentis opus sit. Græcas voces accipe, & verius aliquid inde prome. ἡ σώματος ἕκτις, φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἡ ἡσυχία ζωματωθεῖσα, μὴ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφει.

Non velut Ithacens. Vlysses obturatis auribus] *Ne cum sua suorumq; pernicie Sirenum cantibus detineretur Vlysses, sociorum aures cera obturari iussit, seq; vinculis arctissimis malo alligari, nec, quamuis rogantem, solui, donec illa loca præternauigasset. Homerus Odyss. μ. μυθολογικῶς suauitas illa cantus voluptatum blandimenta significat, aduersus quæ aures obturandæ, & à quibus longius semper refugiendum est, quandoquidem perniciem afferunt: sicut Sirenes sibi operam dantibus afferebant. Lege Natal. Comitem lib. 7. cap. 13. Prouerbium*, Sirenas præternauigare, *de fugiendis voluptatum illecebris, aut declinandis vitiorum occasionibus. Specie item prouerbij ponitur* Siren *pro illecebra, & vi dicendi. Nôrunt docti, Isocratem Atticam Sirenem appellatum. A Pausania in Atticis ἡ ζειρὼν dicitur Sophocles: caussa additur.* εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ ποιημάτων, καὶ λόγων τὸ ἐπάγωγον ζειρῶνι εἰκάζειν. Consueuerunt etiamnum illecebras poëmatum, ac verborum pellacias sirenibus assimilare.

Τῆτε ἄγνε τὸ ὕψος] *Vox ἄγνε de eodem videtur accipienda, de quo δένδρον, quæ præcedit. Sicut ergo arborem ante latam, ita nunc excelsam esse dicit, platanum videlicet. Et tamen ἄγνος potius frutex est, in arborem assurgens, latinè vitex. Vide lexicographos. Simocatta quanquam historicus, est tamen, vt comperies, verborum licentia ipse quoque liberior, & magnum habet cum poëtis commercium.*

Velut insula quam immensus, vt est apud poëtam, pontus circund.] Vt est apud poëtam, *hæc de meo adieci: licet enim hoc interpreti, perspicuitatis caussa videlicet. Carmen extat Odyss. κ. Homero teste etiam per historiam non semel vtitur: vel potius, Homericis condimentis sua non semel aspergit.*

***

In proœmium, de excellentia & vtilitate Historiæ.

Ratio multa nobis ornamenta comparauit] *Lege 1. Off. M. Tullij, ab illis verbis.* Homo autem qui rationis est particeps, consequentia cernit, &c. *Admiratur idem præstantiam, & diuinitatem animi ex effectis eius 1. Tuscul. Vnde, quæ maximè ad hunc locum pertinent, transscribemus. Quid, illa vis quæ tandem est, quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur? ex hac ne tibi terrena mortaliq; natura & caduca concreta ea videtur? aut qui primus (quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est) omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregauit, & ad societatem vitæ conuocauit? aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminauit? aut qui errantium stellarum motus, progressiones, institiones notauit? omnes magni: etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præsidia contra feras inuenerunt: à quibus mansuefacti, & exculti, à necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam & auribus oblectatio magna ex parte est inuenta & temperata varietate & natura sonorum, & astra suspeximus, &c.*

In regiam Alcinoi regis Vlysses] *Quæ hic de Vlyssis hospitio apud Alcinoum Phæacum regem, & de narrationibus eius tanguntur, quibus tantopere proceres conuiuas recreauit, ab Homero in Odyssea libris 8. 9. 10. 11. epoiosè exponuntur. Quem Æneas lib. 2. & 3. Æneidos apud Maronem imitatur, dum ipse quoque suos, suorumq; casus festiuissimè super cœna, rogatu Didonis hospitæ suæ commemorat.*

Aures cum serm. quop. de reb. nouis & admir. tanquam epulis accipiuntur] Λίχνον γὰρ ἀκοὴ καὶ ἀκόρεστον, ἐστιωμένη λόγον παραδόξου. *Eleganti, & suaui tralatione vsus est, à conuiuio ad auiditatem res nouas, & admirabiles audiendi, à gustatu ad auditionem. Sic Cicero in Topicis. Sed quoniam auidum hominem ad has discendi epulas recepi, sic accipiam, vt reliquiarum potius sit*

aliquid

aliquid, quam te hinc patiar non satiatum discedere. Sic Plato (cuius orationis cultum imitari Cicero consueuit) in Phædro. Τίς ἂν δὴ λῶ διατριβή; ἢ δῆλον ὅτι τῶν λόγων ὑμᾶς λυσίας εἰσίᾳ; Quæ erat igitur disputatio? an certum, vos epulis sermonum à Lysia acceptos? *Plures locos ex Platone, & aliis, quibus* ἐσιᾶν, *&* ἐσίασις *etiam ad animi cogitationes, & velut pabulum transferuntur, notarunt Budæus in Comment. & Victorius Variar. lect. lib. 2. cap. 14. rursumq; lib. 28. cap. 23.*

Quam ob causſam poëtas erudit. Principes] *Quæ deinceps de præcipuis poëtis afferuntur, qui fabulis suis scitè ornatèq; scriptis, mirabiliter hominum animos occuparint, Theologi habiti, & deorum familiares crediti fuerint, potissimùm de Homero, & Hesiodo intelligenda opinor. Quorum ille dicitur à Suida* τερισμέγιστος κόραν ὕμνων, ἴσα μέσαις φθεγξαμένη κεφαλὴ, ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτωρ, δῖος ὅμηρος ΑΤζεζα πάνσοφος, χρυσόγλωσσος, θάλασσα νέκταρος, μέγας ἐπὶ πάντας. *Alterius tanta fuit veneratio, vt pueri versus ipsius non secus quàm apud nos Catechismum cogerentur ediscere. Qui, dum puer armenta pasceret, fertur amatus à Musis, quæ illi laurum gustandam dedere, vnde vates euaserit. Pindarus Apollini gratus fuisse perhibetur, adeò, vt eorum munerum, quæ in ipsius Dei templo offerebantur, partem à Deo sibi assignatam acciperet, indies q; à sacerdote ad cœnam vocaretur. Plinius lib. 7. cap. 29. Obsidentibus, ait, Lacedæmoniis Athenarum vrbem, Liber pater iussit Sophoclem tragici cothurni principem sepeliri, Lysandro rege in quiete sæpius admonito, vt pateretur humari delicias suas.*

Vt cestis, seu cingulis ad delectat. appositis] *Sine dubio ad* κυπρίδος κεστὸν, *ad* Veneris cingulum *respicit, cuius, ea vis & efficientia fuisse perhibetur, vt quemlibet in sui amorem pelliceret. Vide adagium,* cestum habent Veneris. *Verba graca auctoris sunt,* οἷα κεστοῖς θελκτηρίοις τισὶ τὸ τερπτὸν καλλωπίζεσι.

Historiam commun. gen. hum. magistram, &c.] *Sequitur breuis illa quidem, sed eximia historiæ laudatio: cuius singulæ partes*

ex tot encomiasticis orationibus de ea scriptis, & recitatis facilè illustrari possent, si res postularet. ἠθικὸς Φιλόλογος *subtexitur, quo historicus magnoperè extenuata facultate sua, lectorum beneuolentiam colligit, quemadmodumq; historia bene scribatur, latenter monet.*

IN LIBRVM PRIMVM

AD CAPVT I.

IVXTA domum, in qua. multi ex herbis] πολυσκάδα οἰκίαν *græcè nominant.* σκαὶς *est culcita, quam à calcando dictam Varro putat, quod in ea sagum, aut tomentum, aut aliud calcabant. Stibades erant vt plurimum stramẽta è frondibus teneris, calamis, culmis, arundinibus, iuncis, aliis demùm herbis, qualis castrensis segestra, non ita dissimile quiddam toro Latinorum. Vt enim Nonius habet ex Varrone, torus appellatus est stratum ex herba torta, & toral quod iniiceretur. De iuuenibus Spartanis Plutarchus lib. de institutis Laconicis,* ἐκάθευδον οἱ νέοι ἐμπὶ σκάδων, ἃς αὐτὸν συνεφόρουν τῷ παρὰ τῷ εὐρώτᾳ πεφυκότας καλάμους. Somnum capiebant iuuenes simul super toris, quos ipsimet ex iuncis, siue arundinibus iuxta Eurotam natis extruebant. *Xenophon.* ἑλληνικῶν *lib. 7.* σκάδας ποιησάμενος, *id est, toros & stramenta sibi aceruantes, in quibus cubarent. Quamobrem* σκάδες *erunt tori (seu lectisternia, aut stramenta) in quibus humi stratis vel discumberent cœnaturi, vel cubarent dormituri. Stibadia vocat Martialis, habebantq; formam Græci sigma, hoc modo, C. & erant mensis rotundis accommodati lectuli accubitorij. Ego verbum obscurius, & minus plerisque notum, pluribus exprimendum censui. Hesychius quoque scribit fuisse* χαμαικοίτην seu στρῶσιν ἀπὸ ῥάβδων, καὶ χλωρῶν χόρτων, καὶ φύλλων, stratum humi cubile è virgis, aut herbis viridibus, aut frondibus. *Satis iam, quid sit* οἰκία πολυσκὰς, *liquere opinor.*

Alia

Aliæ me stimul. vt à quibus, &c. aliæ ipso transitu, &c.] *Trifariam angitur Tiberius. Vt bonus & reipub. amantiss. Imp. quem conuenit sollicitum esse, cui moriturus eam veluti filiam suam despondeat, & quem sibi tanquam generum asciscat, & relinquat. Vt probus Christianus, cui cum omni tempore, tum verò in exitu vitæ τὰ βεβιωμένα, acta omnia præteritorum annorum, & iudicis illius sententia de se cum dolore ac timore cogitanda sunt. Non enim respicit personam: sed iustum iudicium iudicat, & cuique mercedem reddit* prout gessit in corpore suo, siue bonum siue malum. *Vt humanissimus demum parens ac maritus super vxore, & liberis. Potiores tamen sibi esse primi, quam tertij generis curas affirmat, & publica priuatis anteponit. Nam in illis hæc quoque, non autem in his illa inclusa sunt. Quis enim saluus esse potest perdita repub?*

Qui ampla potest præd. eos plura etiam vitia.] *Plerumque quò magistratus, potestas, dignitas, principatus est amplior, hoc homines maiorem sibi licentiam improbè agendi concessam existimant: & quò minus vltionem humanam coguntur metuere, eò audacius cœlestem despiciunt. Quæris quæ sint ista plura vitia? superbia, fastus, luxus, studium ventris & somni, diuini cultus neglectio, otium iners, libidines, iræ & furores, maledicentia, tenuiorum oppressio, & alia insuper. Sæpe item, (quod mirere) auaritia, quæ nec copia nec inopia minuitur, vt ait Sallustius. Optimè vnamquamque ciuitatem rectum iri dixit Solon, si principes & rectores secundùm leges vixerint. Quia verò contra leges viuunt multi, ideo necesse est eas malè administrari. Isocrates ad Nicoclem.* δεδῆλαι γὰρ, ὅτι παιδὰς ἕξουσι τὰς βασιλείας, οἵαπερ αὐτὰς ἀπῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. Certum est enim, quemadmodum ipsi suos animos excoluerint, ita etiam eorum regna esse habitura.

Hominem rei Rom. opportunis.] *Genus & nomen Mauricium traxisse ab antiqua Roma, ob parentes, ex quibus proximè oriundus, Arabissum vrbem Cappadociæ patriam agnouisse scribit Euagrius lib. 5. cap. 19. in quo item virtutes eius diserte commemorat. De signis, quæ ipsum Imperatorem fore indicarunt, item capite 21.*

Imperium tuum mihi epitaphium] *In epitaphiis, epicediis, funebribus orationibus quò dicatur magnificẽtius, sæpe supra verum, & ad solatium atque gratiam viuorum dicitur. Tiberius bonum Imperatorem defunctum ex bono successore, quem delegerit, magis, quàm vllis epitaphiis ornari, commendaríque censet. Nam sicut filius sapiens patri suo, ita hic decessori suo gloriæ & ornamento est: omnesque in deligendo summam prudentiam, & præclaram bene de repub. post obitum quoque merendi voluntatem prædicare nunquam desinunt. Huc faciunt posita ab Euagrio lib. 5. cap. 22. Tiberius, tametsi ad exiguum tempus in administrando imperio ætatem propagauit, tamẽ pro rebus præclarè à se gestis tum immortalem nominis sui memoriam, tum optimam reipub. hæreditatem, Mauricium nempe, quem Imp. declarauerat, reliquit, ac suum etiam nomen illi impertiuit, si quidem Mauricium Tiberium appellauit.*

In potestat. mag. superbiam cohibe] *Oratio ista Tiberij ad Mauricium, & illa item Iustini iunioris ad Tiberium lib. 3. cap. 11, optimorum præceptorum plenæ sunt, dicíque possunt παραινετικαὶ βασιλικαὶ, qualẽ Isocrates ad Nicoclem regem Salaminæ Cypri, Euagoræ filium conscripsit. Comprimere spiritus vel in mediocri potestate difficile est: quanto difficilius in magna, in maxima, vt regali & imperatoria? Non compressit Diocletianus. Eo vsque enim in prospero fortunæ obsequio elatus insolentiæ prodiit, vt se pro Deo adorari voluerit. Homines se humi proiicere, pedibus osculum figere passus est: vestes & calceos gemmis insertis gestauit. Idem ante eum post Persicam victoriam Alexander fecit. Curtius lib. 5. Iustinus lib. 12. Compressit tandem Sesostris Aegypti rex, de quo audiemus lib. 6. cap. vlt. Compressit etiam Cyrus, verbis Croesi, quem rogo iam iam crematurus erat, emendatus. Herodotus lib. 1. Non immerito itaque M. Tullius in Iulio Cæsare non solum tantam mansuetudinem, tam inusitatam, inauditamque clementiam, tam incredibilem sapientiam, sed etiam tantum in summa potestate rerum omnium modum admiratur.*

Principatus tui nauim dirige] *Idonea collatio nauis cum repub. siue imperio, & principis cum gubernatore, & curarum, turbarum negotiorumq; cum marinis fluctibus ac tempestatibus. Sic Cic.*

epist.

epist. ad Q. Cornif. lib. 12. nauis nomine aut ipsam rempub. aut partem eius significauit. Quam ob rem mi Quincte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus: vtinam prospero cursu. Sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non deerit. Idem in Sextiana. Nauis reipub. fluitans in alto, tempestatibus seditionum & discordiarum. Et in Pisonem. Qui maximis turbinibus ac fluctibus reipub. nauim gubernassem.

Conare à ciuib. & subdit. diligi potius quam timeri] *Præclarè 1. Philipp. M. Tullius. Carum esse ciuibus, bene de repub. mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est. Metui verò, & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in fabulis ipsi illi, qui,* oderint dum metuant, *dixerit, periculosum fuisse. Agapetus Diaconus libello aureolo ad Iustinianum Augustum, quo Imperatoris officium persequitur,* νόμιζε τότε βασιλεύειν ἀσφαλῶς, ὅταν ἑκόντων ἀνάσσῃς τῶν ἀνθρώπων. τὸ γὰρ ἀκουσίως ὑποτεθέμενον, σφαλερὰ κομιδῇ λαβόμενον. τὸ δὲ τῆς θεσμοῖς τῆς εὐνοίας κρατύμενον, βεβαίαν ἔχει πρὸς τὸ κρατεῖν τὴν εὐπείθειαν. Existima tum demum te tutò regnare, cum volentibus hominibus imperas. Qui enim inuito animo subiiciuntur, capta occasione seditionibus fluctuant. Qui verò vinculis beneuolentiæ astricti reguntur, erga rectorem obedientiam stabilem conseruant. *Extat insigne elogium Traiani apud Xiphilinum. Amari à ciuibus cupiebat magis, quàm honore affici. Cum populo humaniter, cum senatu honorificè versabatur. Charus ciuibus, hosti formidolosus erat.*

Insignem, splendidamque seruit. imp. sceptrum profit.] *Videntur fœlices ac beati, qui honores & magistratus gerunt: vtpote quibus assurgitur, ad nutum obeditur, priores vbique conceduntur, plura licent, nihil exhibetur molestiarum, adsunt perpetuò ministri, dominorum nutus etiam obseruantes, adsunt multa commoda, &c. sed si quis rem virtute metiatur, potius miseri sunt, quàm fœlices, & magis ipsi aliis seruiunt, quam seruiatur ipsis, propter innumeras curas, sollicitudines, labores, negotia, quæ subditorum causa sustinent, & quæ ipsos ne noctu quidem satis quiescere patiuntur, aliumq; remissius, alium vehementius, pro modo prouinciæ exercent. Vt odia multorum*

torum in illos, & vitæ pericula omittam. Vide Hieronem Xenophontis. Inducitur apud Homerum 2. Iliad. Somnus Agamemnonem ita reprehendens.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσα μέμηλε.
Haud fas per totam Rectorem sternere noctem,
Cui populi, cui sunt commissa negotia tanta.

Apud Persas, ni fallor, erat qui regem quotidie his verbis expergefaceret. ἀνάστα βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε τῶν πραγμάτων. Surge rex, & procura rempub. *Huc pertinent etiam versus Horatiani ad Augustum, exord. epist. 1. lib. 2.*

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus:
Res Italas armis tuteris, moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

Sensit, credo, magnoperè onus regium Magnus ille rex Asiæ Antiochus. Qui à Scipione deuictus, & Tauro tenus regnare iussus, amissa omni Asia, quæ tum Romana prouincia erat facta, dicere est solitus, benignè sibi à pop. Rom. factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Cic. Pro Deiotaro. De Seleuco rege Plutarchus lib. num seni gerenda sit respub. dicere solitum, si nouissent multi, quam sit operosum ac molestum, tot duntaxat literas scribere legere q., diadema etiam abiectum ante pedes nos sublaturos.

AD CAPVT II.

Tempora impia, & tyrannica] *Tempora Phocæ, qui circiter octo annos imperauit sceleratissimè. Atribus conspiratis Heracleone, Heraclio, (qui postea successit in imperio) & Prisco interfectus est. Tyrannum Calydonium in dialogo, & in octauo sapius tyrannum, & proteruissimum centaurum, & semibarbarum nominat. Interpretationis & perspicuitatis caussa κατὰ παρένθεσιν illa verba adiecimus* (imperium te viuo tyranni non inuadent.) *Mauricij enim temporibus inuasit illud Phocas. Quasi dicat.* Tu in pace colligeris ad patres tuos: nec videbunt oculi tui mala, quæ huic loco factu-

rus

rus ſum, *vt Scriptura ſancta loquitur. Quod autem hæc verba angeli*, tyranni imperij tui temporibus non extabunt: *ſeu, vt nos vertimus*, tempora impia, & tyrannica te imp. non venient, *quidam eruditiſs. vir hunc ſenſum continere putat, Tiberium poſt obitum conſecuturum imperium pacificum ac perenne, vbi nullus erit timendus, qui illud auferat, tyrannus, cœli videlicet principatum, in quo cum Chriſto regnant omnes ſancti eius, vereor vt ea explanatio ſtare poſſit.*

Quantumuis Imp. legi naturæ communi obſecutus, &c.] *Pulſat enim pallida mors æquè regum turres, vt pauperum tabernas, vt Horat. ait, Ode 4. lib. 1. Socrates, ſiue Anaxagoras cuidam dicenti, Athenienſes te morti adiudicarunt, reſpondit, & illos natura. Hoc volebat, neminem ſemper victurum, quamuis ei vita per cruciatum non extorqueatur. Obſeruet lector, quam multis, & quam venuſtè mortem, ſiue diſceſſum è vita optimi Imp. circumloquatur Simocatta. Etenim non contentus dixiſſe, eum legi naturæ communi obſecutum eſſe, quod ſatis quid eſſet intelligebatur: addit nihilominus,* & hac onerosa, terrenaque tunicula exutus, & tanquam è tabernaculo ſuo liber egreſſus, eſſe inter homines deſinit. *Sunt enim modi, quibus res alioqui formidabilis, & triſtis, mors videlicet, extenuetur, & mitigetur. Ex Cicerone occurrunt; vinculis corporis laxari: è corporis cuſtodia euolare: ex hac turba, & colluuione diſcedere: ex his tenebris in lucem illam excedere: ad illud diuinum animorum concilium, cœtumq; proficiſci. Sacræ Scripturæ ſunt; apponi ad patres ſuos, ad populum ſuum: dormire cum patribus ſuis, obdormire in domino. Corpus humanum vocant tabernaculum Paulus 2. Corinth. 5. Et Petrus epiſt. 2. cap. 1. Tunicam videtur quoque Paulus nominaſſe, dum ait, 2. Corinth. 5.* eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita. *Ibidem verbis antecedentibus terreſtrem domum nominat. Regnauit autem Tiberius per ſe ſolum annos quatuor: cum Iuſtino autem annos tres, & menſes vndecim.*

Inciſis lachrymar. venis ex ocul. flum. prorup.] *Vberrimum fletum duabus metaphoris ſignificantiſsimis expreſsit.* Largoque humectat flumine vultum, *inquit Virgil. 1. Aeneid. & 2.* largo-

que effundere fletus. *Effundere vim lachrymarum, Cicero. Quò magis mirandum, venas istas, & hæc flumina tam citò manare desiisse. Eo ipso siquidem die desierunt. Sed enim nihil lachryma citius arescit; præsertim in alienis malis, vt aiunt Rhetores. Soluebant ergo Constantinopolitani quoq; bono principi suo stipẽdiarias lachrymas. Omnes non tanquam Imperatorem sibi, sed tanquam parentem publicum obiisse, domestico fletu doloris illachrymabant, suáque omnes funera dolebant, vt scriptum est à D. Ambrosio, concione de obitu Valentiniani. Cur à populo diligeretur tantoperè Tiberius, poteris cognoscere ex Euagrio lib. 5. cap. 13. Laudat eundem præclarè historicus noster lib. 3. cap. 16.*

AD CAPVT III.

Princeps Chaganus, vt Hunnis appellabatur] *Vocabulũ istuc* Chaganus *appellatiuum est, quo Principes suos Hunni afficiebant: Etiam Persæ ducem militum Cardarigan nominabant, vt toties in hac historia videre licet. Similiter aliæ gentes, & olim, & hodie reges ac principes suos certis nominibus & honorabant, & honorant. Quis non legit Aegyptiorum Pharaones, Ptolemæos, Sultanos, Persarum Sophi, Turcarum item Sultanos, Tartarorum Chamos, Valachorum Vaiuodas, Romanorum Augustos? Animaduertenda huius barbari curiositas, superbia, auaritia, Romanorumq; (seu Græcorum) misera seruitus, quos ad libidinem belluæ huius tributa pendere, & quæ mandaret facere citra detrectationem oportuit. Quam rem historicus non iniuria deplorat. Nobis Germanis (imperio Romano, inquam) an non idem pœne multis annis euenit, quibus Othmanico tyrannico grandem pecuniæ summam, & lectos aureos, hoc est, pretiosa ex auro & argento munera mittere ad pacem redimendam compulsi sumus?*

Vtrum quia admirab. & nouit. animal perceller. an. q, contem.] *Haud est verisimile, contempsisse elephantum, & quidem omnium quos Mauricius habebat præstantissimum. Credibilius est, vastitate & mole illius inopinata obstupuisse, ac perculsum esse. Vulpes apud Aesopum cum incidisset in camelum, quem nunquam antea viderat, ita eius proceritate corporis cohorruit ac timuit, vt pœne moreretur. Iterum postea cùm videret, timuit quidem, at nõ tantum.*

Tertio

Tertio aspectu adeo non timuit, vt & accedere, & confabulari auderet. Docet fabella, terrifica quæ sunt, consuetudine familiaria fieri. Sic Chaganus, si elephantum vidisset sæpius, minus minusq; obstupuisset: quin & tergum eius conscendere, & ex eo pugnare non dubitasset.

Molest. exhibuit de lecto aureo] κλίνλω χρυσῆν *apud Cedrenum hac eadem de re loquentem, vertit interpres,* culcitram auream. *Plus fuisse puto, & intelligendum talem lectum, seu lectulum, seu grabbatulum, quales Germanis* Raſtbetlin *dicuntur. De lecto discubitorio nolim accipere: sed de eo, in quo meridiari solemus, & quem germanico vocabulo iam expressi.*

AD CAPVT IV.

Negligit custodiam pax, nec in fut. prospicit] *Cum ex pace bellum, & ex bello pax nascatur: sicut tempore belli de pace cogitandum (siquidem finis, & scopus belli est) ita temporibus pacificis bellum timendum, & idcirco adhibenda custodia, nec exspectandum donec hostis ante portas sit, aut aries murum percusserit. Serò enim sapient Phryges. Etiam securissimis temporibus hostes metuendos esse multi suo exemplo docuerunt. Iphicrates Athenienſium dux etiam in amicorum regione castra communiebat.*

Cadmea, vt dicitur, reportata victoria] *Plutarchus libro* πε; ἐλ φιλαδελφίας *priscis Cadmeam victoriam scribit appellatam, quæ fuit fratrum (Etheoclis, & Polynicis) apud Thebas, à Cadmo conditas, vt turpissimam atque miserrimam. Idem libello de educatione liberorum ostendit Cadmeam dici victoriam, quoties præstat vinci, quam vincere.*

Latini scribonem dicunt] *E custodibus, seu stipatoribus imperatoris primarium facit Scribonem Simocatta, & ita intelligit Suidas, cuius sunt hæc verba,* Σκρίβων ὁ λατίνως ὁ τῶν ζωματοφυλάκων ὑπερφερόμενος. *Quæ quidem gemina pæne sunt Simocatticis: sic enim ille, paulò pluribus licet.* καὶ κομεντίολον, αὐδρα τῶν ζωματοφυλάκων τῦ βασιλέως ὑπερφερόμενον, ὃν σκρίβωνα τῇ λατινίδι φωνῇ Ρωμαῖοι καλονομάζουσιν. *Agathias lib. hist. 3. paulo aliter vsurpat, pro custode seu excubitore palatij, inquit enim* εἷς δέ γε ἐκ τῶν ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, ὃς δὴ σκρίβωνας ὀνομάζουσιν. *At Leo Imp.*

constit. 3. eosdem esse dicit qui aliquando Δεπουάτοι. *Subiiciam verba:* Δεπουάτοι δὲ προσηγορεύοντο πάλαι, καὶ νῦν λεγόμενοι σκρίβωνες, οἵ τινες παραθλιβόμενοι τῇ παρεμβάσει, ὅτε ἐν τῇ μάχῃ τραυματίαις γινομένους ἀναλαμβάνουσι ὡς ἰατροὶ, καὶ θεραπεύουσι. Qui olim Deputati, nunc Scribones, sequuntur exercitum, & in prælio vulneratos reficiunt vt vulnerarij, & seruant. *Deputati erant, hoc est selecti, minus locupletes qui saucios in prælio obligabant, aut collapsos ab equis erigebant, aut laborantes è certamine asportabant. Pro singulis militibus seruatis singulos nummos accipiebant. Hæc propemodum Rigaltius in Glossario* Ταξιαρχῶν.

Longum murum deiecturum] *De hoc ponam ad verbum, quæ sunt apud Petrum Gyllium in Topographia Constantinopolis lib. 1. cap. 21. Suburbana prædia Constantinopoleos muris longis claudebantur, iter duorum dierum, quos à Ponto Euxino ad Selybriam, sitam in littore Propontidis, distantes ab vrbe quadraginta millia passuum, latos viginti pedes Romanos, Anastasius Imperator condidit contra impetum Bulgarorum, & Scytharum. Eos muros à barbaris sæpe captos, & multis locis euersos. Iustinianus restituit. Et vt facilius milites præsidiarij muros tueri possent, exitus turrium patentes in alias turres obstruxit, singulisq; ascensum à solo reliquit patentem vnicum, quem solum singularum turrium milites contra hostes etiam intra muros versantes tueri possent. Euagrius murum longum nuncupatum tradit excitasse Anastasium, qui distaret à Constantinopoli ducenta & octoginta stadia, vtrumque mare attingens, longus quadraginta & viginti stadia, velut fretum quoddam efficiens, & Constantinopolim paruam insulam pro peninsula reddens, volentes transire ex ponto in propontidem tutos præstans, & prohibens excurrentes barbaros ex ponto Euxino, & Colchis & Mæotide, & Caucaso effusos in Europam. Vide Zonaram in Mauricio, & Nicephorum lib. 16. cap. 39.*

AD CAPVT V.

Oculus iust. cæcus est, pedes prouidentiæ claudicant] *Cur hoc dicat, & de quo dicat, sequentibus verbis statim demonstrat: quia nimirum periurij pœnas Deus ab eo non exposcat. Videtur Deus non*

videre

videre hominum scelera, nec iustus esse, cùm ea non punit: & claudicare quodammodo, cùm tardius punit. Sed altissimus est patiens redditor, & benignitas Dei homines ad pœnitentiam exspectat. *Lento pede, inquit Cæsar, diuina vltio procedit, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Prouerbium, dij laneos habent pedes, indicat diuinum numen etsi lentè ad pœnas sumendas procedat, non nunquam tamen inopinatò supplicium infligere. Omnino verum est, quod ait Horat. Ode 2. lib. 3.* Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. *Tibullus eleg. 4.*

Ah miser: & si quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Dicitur item adagio, Δίκης ὀφθαλμὸς, iustitiæ oculus, *de iudice, aut ipso iudicio sinceris & incorruptis. Sed nihil impedit, quin de Deo accipiatur, qui & iustus, & totus oculus est; videt enim omnia. Et de ipso loquitur Senarius hic.*

ἔστι Δίκης ὀφθαλμὸς ὅστις πάντ' ὁρᾷ.

Est oculus æquitatis omnia intuens.

Censeo præterea allusum ad illud Homeri, in βατραχομ. ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα, habet Deus vindicem oculum.

Gentem bellicosissimam] *Sallustius in Catilinario de veteribus illis Romanis. At Romani domi militiæq; intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentesq; armis tegere. Post, vbi pericula virtute propulerant, sociis atq; amicis auxilia portabant. Infrà. Iam primum iuuentus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem vsu militiam discebat: magisq; in decoris armis, & militaribus equis, quam in scortis atq; conuiuiis libidinem habebat. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus vllus asper, aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus. Et rursum. Memorare possem quibus in locis maximas hostium copias pop. Rom. parua manu fuderit, quas vrbes natura munitas pugnando cœperit. Cic. 1. Tusc. eos cum virtute, tum disciplina in re militari multum valuisse testatur.*

Imperium omnium linguis celebratum] *Quis tandem scriptorum hoc imperium, hanc rempub. non aliquando laudauit? quis potentiam & magnitudinem, leges, instituta, & mores non prædicauit?*

uit? Paucos, eosq; primæ classis adducam, & in primis vatem maximum, cuius illa sunt 1. Aeneid.

His ego nec metas rerum nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi, &c.

Lib. 6.

Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Cicer. Philip. 3. nos principes terrarum, omniumq; gentium. Et 1. Tusc. Iam illa quæ natura, non litteris assecuti sunt, neq; cum Græcis, neq; vlla cum genere sunt conferenda. Quæ enim tanta grauitas, quæ tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in vllis fuit, vt sit cum maioribus nostris comparanda? Halicarnasseus proœmio Antiquit. Romanos omnibus ciuitatibus, & gētibus rerum gestarum, & imperij magnitudine ac diuturnitate antecelluisse confirmat. Possem esse in hoc argumento longior: Sed hic non est locus. Vide laudationem Romæ apud Aristidem Sophistam, & admiranda Lipsij.

Quorum est veneranda efficacitas.] *Quomodo non veneranda, si, vt Ouid. habet,*

Munera crede mihi placant hominesq; deosq;,
Placatur donis Iupiter ipse datis?

Excæcant *præterea* oculos sapientum, & peruertunt verba iustorum, *ait diuina scriptura: quæ si non veneranda, certè magna efficacitas est. Aduersus ea nihil valet vlla eloquentia. Hæc magna profectò potentia, & efficiendi vis est.*

Χρυσῷ λαλοῦντος, πᾶς ἀπραγτείτω λόγος,
Πείθην γὰρ εἶδε κοὐ σέφυκε μὴ λέγων.
Auro loquente, ratio quæuis irrita est,
Suadere quoniam nouit & loquens nihil.

Arbori robustæ, excelsæ, frondosæ, &c.] *Similiter de æsculo Virgilius locutus est Georg. 2.*

Aesculus imprimis, quæ quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres

Con-

Conuellunt: immota manet, multosq; per annos
Multa virum volvens durando sæcula vincit.
Tum fortes latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.

Imperium Romanum ad eius firmitatem stabilitatemq; significãdam Simocatta arbori altissimis radicibus hærenti, robustæ, sublimi, frondosæ, &c. ποιητικώτερον comparat. Sic certè idem Virgilius Troianam vrbem cum orno. Sed illam ornum Græci velut agricolæ certatim bipennibus instantes exciderunt. Ac veluti summis antiquam in montibus ornum, &c. *In 4. item inexpugnabilem Aeneæ constantiam aduersus blandimenta muliebria per quercum annosam declarat, quam Alpini Boreæ*

---- nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram, concusso stipite, frondes.
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.

AD CAPVT VI.

Chagano sanguis efferuescere] *Egregia hominis insanè irascentis descriptio. Qualis est etiã apud Virgil. lib. 12. Aeneid. in Turno.*

His agitur furiis, totoq; ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.

Huc mihi videtur facere locus M. Tullij 1. Off. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, status q; mutantur. Ouid. 3. Artis.

Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgoneo sæuius angue micant.

Cum autem homines immodestius, & effrænatius irascentes leonibus, tauris, aliisq; bestiis immanioribus conferri soleant, sciendum, D. Gregor. Nyssenum tales cum energumenis, seu dæmoniacis & obsessis cõparauisse lib. de 8. beatitudinib⁹, qui locus à me adductus est in Symbolis, ad illa verba in principio libri. Attollitq; animos, Pœnorũ qualis in aruis Tum demum mouet arma leo, &c.

Spreta

Spreta legatorum reuerentia barbar. illum in carcerem] *Ius legationis sanctum, & legationes maximæ dignationis, & legati sacrosancti, & inuiolabiles apud omnes gentes semper fuerunt. Cicero Orat. de haruſp. responſis, ius legationum humano diuinoq; vallatum præsidio dicit. Idem Verrin. 3. nomen legati eiusmodi esse debere, quod non modò inter sociorũ iura, sed etiam inter hostiũ tela incolume veri setur. Eustathius in 7. Iliad. memorat caduceatores medium quoddam genus inter deos & homines: id est, pœnè diuinos, & hominibus augustiores existimatos: nec nisi à Lestrygonibus, Cyclopibus, aliisq; qui fas non nôrunt, de iisdem aliter cogitatum. Quare inter Lestrygonas, & Cyclopas hunc Chaganum barbarissimum numerare par est. Homero nuntij Iouis atq; hominum dicuntur.*

AD CAPVT VII.

Quam Rom. Præsentij nom. is est hon. ducum milit.] *Lib. 8. cap. 13. dicitur idem esse qui Domesticus, quod tamen non est nomen honoris ducum militarium: & de eo in Cantacuzeni historiam ante initium disseruimus, vt etiam de aliis multis palatij Constantinopolitani officiis. Quanquam lib. 8. non Præsentius, sed Præsentinus scriptum est, & dicitur Petro fuisse à consiliis.*

AD CAPVT VIII.

Relegat. in Chalcitid. insulam] *Hanc Stephanus vocat Demonesum. Describitur à Gyllio in Bosporo Thracio, lib. 3. cap. 14.*

AD CAPVT X.

Patrem suum Paulum, qui nuper Constantinop.] *Ad nuptias suas Mauriciũ vtrumq; parentẽ, canitie decoros, & rugis planè venerandos, fratres item pulchritudine & forma eximios aduocauit. Euagr. lib. 6. c. 1. in quo earundem nuptiarum celebritatẽ & magnificentiam describit. Ex eius historia ecclesiastica nonnunquam hanc ce nostram de Mauricio illustrabimus; etsi non nisi ad annum imperij eius duodecimum peruenit: cuius parentes nouit, & cum iis collocutus est. Nec quenquam Euagrio priorem res Mauricij attigisse opinor.*

In cir-

In circuitu primor. & mag. Impp simulacra.] *Veteres in lariis, & aliis locis clarorum virorum imagines, & statuas collocabant, non admirationis & honoris caussa tantùm: sed vt earum aspectu ad imitationem illorum sese excitarent. Hoc laudabile est, & insigne domus ornamentum. Meritò autem in cubiculo imperatorio Imperatorum statuæ visebantur. Quid ego hic de illis Christianis dicam, quos icones & simulacra non inepta tantùm, sed etiam fœda & inhonesta, non in conclauibus modò, sed in ipsis cubiculis delectant? Clemens Alexandrinus Adhortat. ad gentes, postquam egit de impudicis imaginibus quas quidam etiam in cubiculis ponebant, & publicè Græci habebant, harum non solùm vsus, inquit, sed etiam aspectus & auditus deponendam esse memoriam, vobis nuntiamus. Scortata sunt aures vestræ, fornicati sunt oculi: & quod est magis nouum, ante complexum vestri adulterium admiserunt aspectus.*

Sponsis pateram meri plenam porrigit] *De hoc vide, si placet, Euchologium Græcorum; item, quod sequitur, de sertis à sacerdote sponso & sponsæ imponi solitis; & de annulis aureo & argenteo, quæ cærimoniæ & precationes adhiberentur. Octauo autem die serta illa nuptialia manu sacerdotis, cum sollenni precatiuncula deponebantur. Quoniam verò priuati non erant Mauricius & Constantina, sertorum loco Patriarcha illis coronas imperatorias imposuit, quæ* ἀναδήματα στεφανώματα officium sertorum impositionis *ibidem vocatur.*

AD CAPVT XI.

Antistiti Heracleæ, quæ olim Perinthus] *Postquam Constantinus ex Byzantio fecit Constantinopolim, Perinthus antea vicus, dicta est Heraclea, cuius Metropolita ab antiquo ius habet Patriarchæ eligendi. Veterum quippe Imperatorum priuilegia abolere noluit (nam Seuerus Imp. Byzantium à Pescennio Nigro occupatum, illo occiso diruerat, & vrbe in vici formam redacta, agrum Perintho subiecerat.) Quare etiam in subscriptionibus litterarum Patriarcham proximè Heraclienſis sequitur. In Turcogræcia talis profertur eius subscriptio.* ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης ἡρακλείας, πρέσ-

ἀρχ. τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἐξάρχ. πάσης θρᾴκης, καὶ μακεδονίας. Humilis Metropolita Heracleæ, præses Prælatorum, & exarchus totius Thraciæ, & Macedoniæ. ὑπέρτιμ. *enim titulus fuit* Metropolitarum, *&* Heracleenſis πρόεδρ. τῶν ὑπερτίμων, *vt* Cæſareæ Cappadociæ ὑπέρτιμ. τῶν ὑπερτίμων. *Exarchus porrò eſt veluti vicarius, aut Legatus Patriarchæ, vti apud nos Legatus ſedis Apoſtolicæ dicitur. Perinthus, vt Tzetzes narrat, etiam Mygdonia ab Hercule vocata eſt.*

S. Glyceriæ martyris] *Sub Antonino Imp. & Sabino Præſide Traianopoli martyrio functa eſt. In Menæis 3. Id. Maij certamen eius deſcribitur.*

Quod purum eſt, non debet impurum contingere] τῷ γὰρ, τὸ καθαρὸν, τῷ μὴ καθαρὸν ἁ θέμις ἐφάψασθαι. *Sententiam hanc profani alicuius ſcriptoris eſſe, ipſe hiſtoricus fatetur. Cuius autem ſit, alius me in bonis auctoribus magis verſatus coniiciat.*

Mauricius ad ſontes cap. pun. languidior.] *Iſte Imp. præter cæteros omnes, inquit Euagrius lib. 6. cap. 2. operam dabat, vt nullius ſanguis, qui læſæ maieſtatis reus eſſet, omnino funderetur. Id prolatis aliquot exemplis probat. Plutarchus alicubi. Muſicus chordas diſſonantes non ſtatim abiicit & incidit: ſed ſenſim intendens aut remittens, ad concentum adducit. Ita Princeps leniter emendabit peccantes, non protinus tollet. Veruntamen ſceleris atrocitas hanc lenitatem interdum excludit: & ne malum ſerpat, ſeueriori bus exemplis ſtatuendis prouidendum eſt. Sic faciebat M. Antoninus cognomento Philoſophus. Mos eius, inquit Capitolinus, vt omnia crimina minore ſupplicio, quàm legibus plecti ſolent, puniret: quamuis nonnunquam contra manifeſtos, & grauium criminum reos inexorabilis permaneret.*

AD CAPVT XII.

Encæniorum, ſeu dedicatæ vrb. anniuerſ. die] *Conſtantinus Magnus ordinata repub. vrbem nouam iam ad egregiam ædificiorum ſpeciem perductam, ſollenni cærimonia, aduocatis Orientis*

Epi-

Episcopis consecrandam, ac Deo & B. Virgini dedicandam curauit, eamq; nouam Romam, & Constantinopolim appellauit, atq; ad dignitatem vrbi addendam, Ecclesiam eius ad honorem patriarchatus euexit. Dedicata est V. Id. Maias, & eum diem γενέθλια τῆς κωνσταντινουπόλεως *Græci vocant in Menais, diem natalem Constantinopolis.*

Impendentis formid. exitij, templa vniuersi concursab.] *In ethnicis, & Christianis litteris multa huius rei exempla leguntur. Est enim sollenne mortalibus, in magnis malis & calamitatibus ad Deum cælestesq; auxilij caussa confugere: in bonis autem, & rerum prosperitate eorum vix recordari.* Multiplicatæ sunt, *inquit Dauid,* infirmitates eorũ, postea accelerauerunt. *Et rursum.* Cum occideret eos, reuertebantur ad eum. *Qua de re pulchrè disertissimus Lactantius lib. 2. ca. 1. in hunc modum. Nam tum maximè Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis eius fruentes, honorem dare diuinæ indulgentiæ deberent. At verò si qua necessitas grauis presserit, tum demùm recordantur: si belli terror infremuit: si morborum pestifera vis incubuit; si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit; si sæua tempestas, si grando ingruerit, ad Deum confugitur; à Deo petitur auxilium; Deus, vt subueniat, oratur. Si quis in mari vento sauiente iactatur, hunc inuocat: si quis aliqua vi afflictatur, hunc protinus implorat: si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, & per eius diuinum atque amicum numen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. In libro Iudith, audito infesto Holofernis aduentu, sic legimus de Bethulienſibus.* Et clamauit omnis populus ad dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis, & orationibus, ipsi & mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi domini, & altare domini operuerunt cilicio, & clamauerunt ad dominum Deum Israël vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium gentibus.

bus. *Salluſtius. in Coniurat. Catilinæ. Ad hoc mulieres, quibus pro magnitudine belli timor inſolitus inceſſerat, afflictare ſeſe, manus ſupplices ad cœlum tendere: miſerari paruos liberos, rogitare, omnia pauere, ſuperbia atq; deliciis omiſſis, ſibi patriæq; diffidere. & 1. Aeneid.*

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumq; ferebant,
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.

Et lib. II.

Nec non ad templum, ſummasq; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens: iuxtaq; comes Lauinia virgo
Cauſſa mali tanti, &c.

Non equi, non muli, ſed homines trahеb.] *Honoris ampliſſimi cauſſa videlicet, quod per ſe patet. Itaque non ſolùm mulis & equis, ſed etiam leonibus (à quibus quorundam currus tractos eſſe legimus) nobiliores iſti, vt ita dicam, tractores ſunt. Seſoſtris autem Aegyptij regis currus, vt poſtea videbis, lib. 6. cap. II. à quatuor barbaris regibus trahebatur. Tantus erat hominis faſtus.*

AD CAPVT XIV.

Artes bellicas ex vet. ſcript. monument.] *Venit in mentem Luculli, de quo Cicero in Academicis. Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem vſus diſciplinam. Itaq; cùm totum iter, & nauigationem conſumpſiſſet partim in percunctando à peritis, partim in rebus geſtis legendis, in Aſiam factus Imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis. Philippicus igitur qui artes bellicas ex veterum ſcriptorum monumentis hauſit, hunc potiſſimùm imitatus videtur. Alphonſus rex Neapolitanus in expeditionibus ſemper habuiſſe apud ſe, & lectitaſſe Liuium ſcribitur.*

P. Scipionis belli ducis omnium præſtantiſſ.] *Exiſtimo poſteriorem Scip. Africanum accipiendum, qui aliàs Aemilianus, & Numantinus. De eo, & eius auo (à cuius ſcilicet filio adoptatus eſt) Virg. 2. Georg.*

Georg. in laudibus Italiæ. Scipiadas duros bello. *Eosdem* duo fulmina belli, cladem Libyæ *in sexto appellat. Manil.* Scipiadæque duces, fatum Carthaginis vnum.

In vita sanctè agunda philosophantium.] *Frequentissimè Græci scriptores sacri institutum vitæ monasticum* φιλοσοφίαν *nominant, & monachos aiunt* φιλοσοφεῖν. *Nam cùm Philosophia sit amor siue studium sapientiæ, & Philosophi sapientiæ studiosi,* & sapientia, *quæ desursum est, sit multo verior sapientia, quam ab humanis ingenijs profecta* (sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum) *multò verius boni monachi & religiosi, quam Platones, & Aristoteles philosophi, & philosophari dici possunt. In verbis paucis apud Simocattam sequentibus, egregiam monachismi commendationem nota. Insaniunt illi quidem, ad meliora, id est, ad cœlestia enitentes: sed illa est, sapiens & sobria insania. Simile quiddam S. Ambrosius hymno quodam.* Lęti bibamus sobriam Ebrietatem spiritus. *De voce* φροντιστήριον *multa à me dicta sunt annotat. in dialog. 3. voluminis primi dialogorum. Cum sit propriè schola, tamen teste Suida etiam pro monasterio ponitur.*

AD CAPVT XV.

Regia res est pacis studium] *Magis pacis fruendæ quàm belli gerendi caussa ab initio reges creati sunt: siquidem non nisi propter pacem bellum. Et paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, modis omnibus consulendum est. Præclarè scriptum erat à M. Tullio 1 Off. Nam cum sint duo genera decertandi: vnum per disceptationem, alterum per vim: cumque illud proprium sit hominum, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam caussam, vt sine iniuria in pace viuatur: parta autem victoria conseruandi sunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt.*

Humanarumq; miseriarum auctorem] *Non inscitè bellum vituperatur hoc capite. Tibullus etiam festiuè lib. 1. eleg. 10.*

Quis fuit, horrendos primùm qui protulit enses?
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit?

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser nocuit: nos ad mala nostra
Vertimus in sæuas quod dedit ille feras, &c.

IN LIBRVM SECVNDVM.

AD CAPVT II.

NEmpe propter diei Dominici venerat.] *Laudat hũc diem hebdomadis S. Ignatius epistola 3. quæ est ad Magnesianos, in hunc modum.* κὴ μ᾽ τὸ ζαββαΐσμα ἑορζέτω πᾶς φιλόχρις ⊙ τὴν κυριακὴν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὑπατην πασῶν τῶν ἡμερῶν. ἣν προσδεχόμενον ὁ προφήτης ἔλεγξε, λέγων τὸ πλῆθος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν, καὶ τὸ θανάτῳ γέγονε νίκη ἐν χριστῷ, *&c.* At post sabbatum omnis Christi amator dominicam celebret diem, diem resurrectioni consecratam dominicæ, reginam & principem omnium dierum; quam exspectans propheta dicebat, infinem pro octaua. In qua & vita nostra exorta est, & per Christum mors deuicta, &c. *Eiusdem diei laudes summatim recensui annotat. in progymnasma latinitatis 76. secundæ tertij, ex Comment. Benedict. Pererij in Genesin.*

AD CAPVT III.

Philippicus Dei hominisq; effig. circumfert] *Non est contemnendum hoc genus pietatis, & modus hic excitandi animos, demonstrandis, circumferendis, ingerendis, præferendis Saluatoris, Deiparæ, diuorumq; imaginibus, statuis, monumentis, reliquiis; quem Christi Ecclesia inde ab exordio vsq; ad hæc tempora semper celebrauit.* ἀχειροποίητος *à Græcis dicitur imago, quam Abagaro Edessæ regulo Christus misit, de qua plures, nec contemnendi auctores. Aliis omissis, Ioannes Damascenus de fide orthodoxa lib. 4. cap. 17. historia quoque proditum est, inquit, cum Abagarus Edessæ rex eo nomine pictorem misisset, vt domini imaginem exprimeret: neque id pictor*

ob

ob splendorem ex ipsius vultu manantem consequi potuisset, dominum ipsum diuinæ suæ, ac viuificæ faciei pallium admouisse, imaginemq; suam ei impressisse: sicq; illud ad Abagarum, vt ipsius desiderio satisfaceret, misisse. Plura apud Baronium Annal. tomo 1. Eam anniuersaria memoria XVII. Kalend. Septemb. coli solitam patet ex Menæis, vbi sic scriptum est. ἡ ἐξ ἐδέσσης ἀνακομιδὴ τ ἀχειροποιήτ εἰκόν Θ, ἥτις τ ἁγίᾳ μανδηλίᾳ τ κυρίᾳ ἡμῶν ἰησ χριστ. Reportatio ex Edessa imaginis non manu factæ, siue sacri mantilis *(hoc est, sudarij, siue lintei: Cedrenus Sindonem vocat)* Iesu Christi Domini nostri. *Quoniam verò ibidem tres ᾄσμοι, seu cantica in eius laudem & venerationem habentur, placet primum in gratiam iconomachorum describere hoc loco, eique nostram interpretationem subiicere.* Ποίοις οἱ γηΦῳεῖς ὄμμασιν ἐποψόμεθά σε τὼ εἰκόνα, λῶ καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων στρατεύματα βλέπειν ἀδεῶς ἀ δεδωλωτα, θείκῳ Φωτὶ ἀστραπομένω; ἀπαύρει γὰρ ἀπὸ γῆς ἀπίστων σήμερον, καὶ πόλιν πρὸς βασιλίδα, καὶ λαὸν εὐσεβῆ ἐπιδημεῖ θεία νεύσει, ἅπερ τῇ εἰσόδῳ ἐπιΦαίνονται βασιλεῖς προπίπτοντες τῶν τῇ μὲ Φόβῳ χριστὲ καὶ πίστεως. Qualibus oculis nos terrigenæ intuebimur imaginem, quam angelorum exercitus libere non audent aspicere, diuino coruscam lumine? Hodie enim è regione infidelium in vrbem imperatoriam, ad populum pium diuino nutu transfertur & commigrat, cui aduentanti occurrunt Imperatores, & ante eam, Christe, cum timore ac fide genua flectunt. *Infra Priscus eadem prolata tumultum castrensem sedare nititur, lib. 3. cap. 1. Sic in historiis de regno Italiæ lib. 3. Sigonius narrat de Zacharia Pontif. Rom. cum Aistulphus cum exercitu Romanam in ditionem irrupisset, supplicationes solennes, & sanctam Saluatoris imaginem non hominis manu pictam, sed ab ipsius ore formatam in humeros, adiuuantibus sacerdotibus sustulisse, atque vniuerso prosequente populo, nudis pedibus ad basilicam ad præsepe proeessisse, &c.*

Belli vices incertæ sunt] *Cic. Pro Milone. Adde incertos exitus pugnarum, Martemq; communem, qui sæpe spoliantem iam, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto. Seneca Thebaide.* Fortuna belli semper ancipiti in loco est. *Locus grauis & insignis est apud Thucydidem lib. 2. in oratione, qua Archidamus Lacedæmoniorum*

orum rex suos ad cautionem & diligentiam aduersus Athenienses hortatur, his verbis. Non igitur aliquid negligentius agamus, etiamsi videmur plures esse, & instructi: nec securitatem polliceamur nobis ex eo, quod propter hæc hostes non sint nobiscum pugnaturi: sed ducum, & militum vnusquisque, vt qui sese cogitet in discrimen esse venturum, sit paratus ad dimicandum. Omnia enim in bellis obscura sunt, & ex paruo multa existunt. Sæpe ex iracundia fiunt conflictus: sæpe minor multitudo, quæ propter metũ cauta est, fortis depulit plures, qui contemptu hostium fuerunt imparati.

Qui & magisteriam gessit] *Magisteria est, dignitas seu potestas magisterij. Magisterium autem officiorum, ordinum palatinorum, ductorum fuisse ait Zozimus, formuláque magisteriæ dignitatis apud Cassiodorum epist. 6. lib. 6. Variar. non ad alium quàm hunc magistrum officiorum pertinet: eaq; perstringuntur, quæ eius muneri & officio incumbunt. Plura Brissonius designificat. verborum iuris.*

AD CAPVT IV.

Eorum spolia (tuldum Rom. vocare consueuerunt)] *Leo Imp. de apparatu bellico cap. 3. Tuldum est apparatus vniuersus, & vtensilia militum, vt serui, & iumenta, reliquáque animantia, velsi quod aliud instrumentum ad vsum castrensem adiungitur. Cedrenus.* λαμβάνεσι δὲ οἱ Ρωμαῖοι καὶ τὸ τῶν περσῶν τοῦλδον, καὶ τὸ βασιλικὸν σκηνοπήγιον, καὶ πᾶσαν τὴν ἐπισκεύην ἐπίδοξον ὄσαν, καὶ τοὺς ἐλέφαντας. Auferunt etiam Romani Persarum tuldum, & regium tentorium, & omnem pretiosum apparatum cum elephantis. *Vno verbo, tuldi nomine impedimenta & apparatus militaris significatur, siue is in animatis, siue non animatis contineatur.*

AD CAPVT V.

Lege Persica fug. & ignauos non recipi] *Lex ista par fuit legi Lacedæmoniorum, apud quos oportebat aut vincere, aut mori: non dabatur tertium: erantq; fugitores infames tota vita. Notum est illud Lacænæ fœminæ, scutum filio militatum abituro tradentis, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, aut hoc (subaudi saluum ipse saluus, & victor referas) aut super hoc (subaudi mortuus ex acie efferaris.) Vnde & illud vt breuissimum,*

mum, ita pulcherrimum epitaphium Simonidis in trecentos Lacedæmonios, qui in Thermopylis occiderunt.

Ὦ ξεῖν' ἄγγελον λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Dic hospes Spartæ, nos te hîc vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Cic. 1. Tusculana recitauit, & latinè expressit iisdem numeris.

AD CAPVT VI.

Immo verò Leonid. magnan. aut Callimach. aut Cynægirus] *Magnus & excelsus animus Leonidæ ducis Lacedæmonij vel ex illo eius dicto perspici potest, quod est relatum à Cicerone 1. Tusc. Quid ille dux Leonidas dicit? Pergite animo forti Lacedæmonij: hodie apud inferos fortasse cœnabimus. Quod apophthegma apud Plutarchum sic refertur.* τοῖς δὲ ῥᾳθυμότερον παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους. Monuit milites prandere, tanquam apud inferos cœnaturos. *Callimachus, vt scribit Herodotus lib. 6. duce Miltiade aduersus Medos, siue Persas in dextro cornu curauit, & egregia nauata opera occubuit. Nisi fortè Simocatta alium ab hoc intelligat. De Cynægiro sic lego apud Iustinum lib. 2. Cynægiri quoque militis Athenien sis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est: qui post prælij innumeras cædes, cum fugientes hostes ad naues egisset, onustam nauem dextera tenuit, nec prius dimisit, quàm manum amitteret: tum quoque amputata dextera, nauem sinistra comprehendit: quam & ipsam cum amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo virtutem fuisse, vt non tot cædibus fatigatus, non duabus manibus amissis victus, truncus ad postremum, & veluti rabida fera dentibus dimicauerit. Meminerunt eius præterea Herodotus, Pausanias, Valerius, Suetonius. Ammianus lib. 26. eum, & Callimachum vocat Medorum fulmina.*

Satis illi ad gloriam, si Rom. nominemus] *Magna in hoc nomine fuit olim dignitas, propter maiestatem & mores pop. Rom. videlicet, fuitq; nomen auctoritatis, virtutis, nobilitatis, securitatis denique. Proinde non ineptè Simocatta hoc vnum nomen illi ad gloriam satis fore. Cic. Verrin. 5. Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium ciuibus*

Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, ciuis Romanus sum: posse impunè Prætorem, aut alium quemlibet supplicium quod velit, in eum constituere, qui se ciuem Romanum esse dicat (quod quis ignoret?) iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuibus Romanis ista defensione præcluseris. C. Mucius apud Liuium lib. 2. & facere, & pati fortia, Romanum est.

Vt Rom. lancem leuem, Persas deuergentem] *Existimabant antiqui illi, res mortalium à Ioue velut libra quadam pensitari. Hinc à poëtis dicitur ὑψίζυγος, vt qui ex alto cælo omnia libret ac ponderet. Itaque Virgilius 12. Aeneid. ex ea opinione Iouem Aeneæ, & Turni armis concurrentium fata examinantem inducit his versibus.*

Iupiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.

Facit hoc idem apud Homerum Iliad. 10. de fatis Achillis & Hectoris, vnde noster poëta sumpsit. Sumpsit etiam Simocatta, Homeri perstudiosus. Et quoniam data est occasio, libet apponere descriptionem trutinæ, seu libræ perelegantem ex Dionysio Lambino, Commentar. in Satyram 3. Horat. lib. 1. Quod eo libentius faciam, quia plerique de ea loqui nesciunt, vt vel nunc discant.

Trutina nomen est latinum, à græco τρυτάνη ductum: quod significat eam libræ partem, per quam horsum & illorsum vergit lingula, seu examen: ansam appellant Latini, nomine translato. Sunt enim hæ libræ, seu bilancis partes. Trutina, tracta, & paulum deflexa à Græco nomine τρυτάνη. Quod nomen à verbo τρύειν dictum est, hoc est, fatigari, & laborare. Examen, quod est lingula, quæ cum in neutram partem inclinatur; sed medio ansæ puncto respondet, fit ἰσορροπία, id est, æquamentum, seu æquilibrium. Iugum, à cuius extremis duobus pendent lances. Lances binæ, quæ à Græcis dicuntur πλάστιγγες, παρὰ τὸ πλάτος, à latitudine: in quarum altera ponitur pondus siue plumbeum, siue æreum: in altera res quæ penditur, seu ponderatur. Pendent autem lances è iugo, singulæ ternis funiculis

niculis ab inferiore parte in tribus punctis pari interuallo inter se distantibus annexæ: à superiore autem, id est, ea, qua iugo funes adhærent, funes in vnum colliguntur & coëunt.

Ne illam Persicam, & inclyt. arund. è latere sibi extrah. parcerent] *Quid tam simile illi facto Epaminondæ ducis Thebanorum clarissimi, de quo M. Tullius epistola ad Luceium lib. 5. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percunctanti dictum est, clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore æquo animo, & cum laude moreretur.*

AD CAPVT VII.

Domicilia in formam antrorum subter humum] *Instar Troglodytarum videlicet, de quibus Plinius lib. 5. cap. 8. Troglodytæ specus excauant. Hæ illis domus, victus serpentium carnes, stridor ǽ, non vox: adeo sermonis commercio carent.*

Ad seruilem diem, vt illorum trag.] *Ad conditionem seruilem. Ad reliquum ætatis in seruitute exigendum. Vmbra Polydori in Hecuba Euripidis, matrem miserans, δούλειον ἦμαρ nominat.*

Φεῦ ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
Δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πεφάσεις κακῶς,
Ὅσον περ εὖ ποτ'.
O mater, huc prô viua peruenisti, vti
Progenita cum sis regiis è stemmatis,
Indigna ferres seruitutis pondera.
Tam afflicta nunc & misera, quàm florens eras
Quondam ac beata.

AD CAPVT VIII.

Victoria anim. in præterit. firm. constant. conser. nescit.] *Laudat pro M. Marcello Cæsarem Cicero, quia victoriam, natura insolentem ac superbam temperarit. Sed operæ pretium erit locum integrum adscribere. Verùm animum vincere, iracundiam cohibere,*

victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem hac qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. Quantopere autem sese ista moderatione victores hominum memoriæ commendent, paucis interiectis sequitur. At verò cum aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimur? non modò in gestis rebus, sed etiam in fictis, vt eos sæpe quos nunquam vidimus diligamus.

AD CAPVT IX.

Immensus pauor ad fug. ratione carentem] *Paræmia est,* πολλὰ κενὰ τῆς πολέμου, multa belli inania. *Locum habet de inani suspicione, aut pauore sine caussa oborto, quem Græci vocant* πανικὸν: *& consueuerunt huiuscemodi pauores Panici in bellis plerumque accidere. Occurrit locus ex lib. 4. Curtij. Alexandri exercitum pauor, cuius caussa non suberat, inuasit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Præcipit autem Onosander in Strategico, cap. 13. si quando pauor aliquis aut metus exercitum inuasit, vel quia noua sociorum accessione hostium numerus accreuit, vel quia potior quodammodo genius illorum videtur, tum maximè imperatorem hilarem, latum, ac intrepidum vultum militibus ostendere. Nam ad Imperatoris aspectum quasi ad exemplum cæterorum animi conformantur. Et magnanimi hilarisq; ducis copiæ confidentiores sunt: nempe, quasi nihil sit periculi. Contrà, si pauidus ille ac mœstus appareat, animos simul abiiciunt, veluti maiore quadam calamitate impendente. Quid sint panica & panici terrores, vide Miscellan. Politiani, cap. 28.*

Latinorum illa confus. & perturb. fuga] *Quia Græcos semper Romanos nominat, Romani autem fuerunt Latini, videtur* συνυμία *vti voluisse: & ad imperium latinum, quod tum penes Græcos erat, non ad locum, neq; ad gentem respexisse. Liberum esse in appellationibus hunc historicum in vestibulo huius voluminis lectorem monuimus.*

AD

AD CAPVT X.

Qui fluuius à Septentrionali plaga] *De hoc flumine Plinius lib. 6. cap. 27. Oritur, inquit, in regione maioris Armeniæ, fonte conspicuo in planitie: concitatus, à celeritate tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam. Influit lacum Arethusam, omnia illata pondera sustinentem, & nitram nebulis exhalantem. Vnum ei genus piscium est, idq; transcurrentis non miscetur alueo: sic nec è Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu & colore dissimilis: transuectusq; occurrente Tauro monte in specum mergitur. Subterq; lapsus, à latere altero eius erumpit, eundemq; esse manifestum est, quod demersa perfert, &c. Strabo lib. 11. dicit in alium lacum influere, cui nomen Arsanias, & cum ei superfluat ob velocitatem, non posse illi commisceri. Postea subterraneis locis subterfluere, & prope Calonitas emergere.*

Ab imbelli, & ad pugnam inutili turba.] *Aelianus de militaribus ordinibus instituendis cap. 2. Earum copiarum quæ congregantur ad bella gerenda, pars est ad pugnam apta: pars verò etiam aliqua ad pugnam inutilis. Sed & ista conuocatur, vt alterius partis commoditati inseruiat. Et apta quidem ad pugnam ea est, quæ in acie instructa ad prælium locum tenet, & armis hosti resistit. Ad pugnas autem inutilis est reliqua omnis multitudo medicorum, mercatorum, cauponum, lixarum, calonum, & eorum omnium, qui, vt aliqua ministeria obeant, sequuntur.*

AD CAPVT XI.

Νηπενθές τ' ἄχολον] *Odyssea 3. Helena φάρμακον quoddam vino immiscet, ad hilarandum maritum, & hospitem Telemachum, Vlyssis filium. Ab effectu enim, quod mœrorem & luctum animis detraheret, ita vocat poëta.*

AD CAPVT XIV.

Qui æstiuo tempore pro pelago est] *Tam amplus est fluuius, & tot nauigiis, tamq; magnis nauigatur. D. Basilius Homil. 3. in Hexaëm. Nilus neq; fluuiis naturâ similis, cum velut mare Aegyptum*

operiat, & pelagus efficiat. De eo lege Plin. lib. 5. cap. 9. Senecam Natural. Quæst. lib. 6. cap. 8.

Vt aliqua Pythia de nostra segnit. oraculum] *Sacerdos Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus Deum respondebat, à πυνθάνεσθαι interrogando, & sciscitando sic appellata est. Strabo lib. 9. oraculum ipsum aiunt esse cauam profundè specum, aditu non admodum lato. Ex ea spiritum efferri, furoris diuini efficacem. Supra orificium tripodem situm sublimem, quo conscenso Pythia, vbi spiritum exceperit, carmine solutaq; oratione sortes ab ea pronuntiari. Porrò poëtas esse quosdam, fani administros, qui prosa oratione edita, in versus numerosq; redigant.*

Virtus arduum quiddam ac sublime] *Seneca lib. de vita beata. Altum quiddam est virtus, excelsum & regale, inuictum, infatigabile. Voluptas humile, seruile, imbecillum, caducum. Silius.*

Explorant aduersa viros, perq; aspera duro
Nititur in laudem virtus interrita cliuo.

AD CAPVT XVI.

Hoc capite singularem, & vix credibilem Græcorum inhumanitatem in ciuem suum obserua: & simul quantum vnius hominis impura libido multis nocuerit. Nec semel illa ciuitatibus, & regnis perniciosa fuit.

AD CAPVT XVII.

Quod prouerb. de lupo. vana enim spe hiauerat] λύκος ἔχανεν lupus hiat, *de re multùm sperata, multumq; appetita, nec adepta; quod lupus prædæ inhians, rictu latè diducto accurrit, & frustratus obambulat hians. Simile*, coruum delusit hiantem.

Νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας] *Quia Mars communis. Victoria nunc horum, nunc illorum est. Atque idcirco* ἐπαλλαξὶς *dicitur.*

* * *

AD

AD CAPVT XVIII.

Quasi tunicas quasdam longas è pilis] *Artificium bellicum ad frustrandos tormentorum ictus. Molle enim duro non resistit, atque ideo cauari, ac prosterni illa coagmentatio lapidum in mœnibus non potest. Docet Lipsius Poliorcet. lib. 5. dialogo 9. ballistis, catapultis, omnibus telis leuibus coria, cilicia, vela opponi solita, quibus eorum vim exciperent ac frangerent, molliter ita suspensis. Immò & ignita iacula illis repulisse. Vegetius lib. 4. cap. 6. Saga ciliciaque intenduntur, quæ impetum excipiant sagittarum. Nec enim facilè transeunt spicula, quod cedit & fluctuat. Lege cætera.*

Corpore similis Tydeo, animo Hercules ipsus] *De Tydeo Diomedis patre Homerus alicubi,* τυδεὺς μὲν γὰρ ἔφυ μικρὸς δέμας, ἀλλὰ μαχητής. *Quod in elegia quadam Ouidius sic est interpretatus.*

Vtilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Herculis nomen fortitudinis & roboris nomen est, propter omnibus notissima illius certamina, ad quæ viribus maximis, & summo animi robore opus fuit.

Quemadmodum Polypus cum quippiam cirris] *Polypus piscis, quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctissimè retinet. Hinc Plaut. Aululariæ.* Ego istos noui Polypos, qui vbi quidquid tetigerint, tenent. *Plin. lib. 9. cap. 29. Polyporum multa genera. Terreni maiores quàm Pelagij; omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtuntur, &c. Cæterùm per brachia velut acetabulis dispersis, hausiu quodam adhærescunt,*
tenent supini, vt auelli non
queant, &c.

IN LIBRVM TERTIVM

AD CAPVT I.

VT de demenſo, ſiue annon. milit. quarta pars detrah.] *Auaritia Mauricij, quæ quantas turbas excitarit, ex ſequentibus patet. Quin alia res præter auaritiam nulla ei exitium videtur peperiſſe. Quamuis præcipuum illius in hoc genere facinus, de captiuorum XII. millibus paruo pretio non redemptis, & ita barbaro ad trucidandum relictis, Simocatta non commemorat.*

Quod cum Priſcus facere omitteret] *De faſtu Priſci, & direptione eius tabernaculi, deq; Germano in illius locum ſuffecto, de quibus hoc & ſequenti capite Simocatta, agit Euagrius lib. 6. cap. 4. & 5.*

Sacroſanctam imag. lapid. appeteret] *Conſidera, obſecro, quo furor militaris euadat, & quàm verè dicatur, miles impius. De populo inſaniente aduerſum magiſtratus dictum à Marone, 1. Æneid.* iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. *Noſtri milites hæretici ſacras imagines etiam ferro concidere, & ignibus iniicere non metuunt. Maiores itaque progreſſus impietatis, & ſacrilegiorum habent.*

AD CAPVT IV.

Quæ patria noſtra voce banda dicuntur] *Suidas.* ἔτω καὶ λέγουσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Sic vocant Romani ſignum militare, *vexillum nimirum. In veteri Gloſſario bandum, exponitur* σίγνον. *Inde* βανδοφόρος· ὁ τὸ σημεῖον ἔχων βάνδα βαστάζων, vexillifer. *Victis hoſtibus banda quoq; illorum capiebantur. Cedrenus.* οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα τὰ περσικὰ λάφυρα, καὶ σὺν ζωγρηθέντας ἅπαντας σὺν τοῖς βάνδοις. Romani mittunt ad Imperatorem ſpolia Perſica, & captiuos, vnà cum bandis. *Banda etiam τάγματα ſignificant. Exponitur item in veteri gloſſario* κατωδία. *Plura Rigaltius in Gloſſario Tactico* ἑλληνικο βαρβάρῳ.

AD

AD CAPVT V.

Gregorius Antiochen. Episcop. cum in gratiam] *Imperator Andream, satellitum suorum facilè principem misit, persuasurum exercitui, vt duces manipulares, & alios præfectos, quos ante habuerat, admitterent. Quem cùm illi reiicerent, Gregorius Episcopus Antiochenus flexis humi genibus, & longa oratione ad Philippicum recipiendum commouit. Quæ omnia disertè apud Euagrium, & copiosè narrantur lib. 6. cap. 10. 11. 12.*

Fraudis architectus quidam Sittas] *Deprodita & à Persis capta Martyropoli, & ad eam recipiendam irrito Romanorum conatu, demiror adeò breuiter egisse Simocattam. Longè fusius & explicatius Euagrius libro toties iam nominato, cap. 13.*

Meboden Surinæ filium] *Post hæc verba sequebantur in græco,* ἀξιώματα δὲ τοῦτα παρὰ τέρσης πεισθέντες, dignitates autem huiusmodi à Persis suspiciuntur, *quia ad sensum nihil faciunt, & videntur quædam omissa, vnde ista pendebant, putaui inducenda.*

Gladios inauratos, tiaras, cingula gemmis] *Proprium barbarorum luxuriare in auro, argento, & gemmis. Quò respexit Virgil. 2. Aeneid.* barbarico postes auro spoliisque superbi. *Curtius lib. 3. in descriptione agminis Persici aduersus Macedonas procedentis. Ignis, quem ipsi sacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur, magi proximi patrium carmen canebant. Magos trecenti & sexaginta quinque iuuenes sequebantur, puniceis amiculis velati, &c. Locus est longior, quem ipse leges. Idem lib. 9. de Sophite rege quodam Indo. Cum subitò patefacta porta rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis specie. Vestis erat auro purpuraq; distincta, quæ etiam crura velabat. Aureis soleis inseruerat gemmas. Lacerti quoq; & brachia margaritis ornata erant. Pendebant & auribus insignes candore ac magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant. Lib. 4. cap. 3. describitur ornatus Hormisdæ, throno regio insidentis. Cum Annibali hospiti Antiochus rex exercitum suum barbarico apparatu magnificè instructum ostendisset, rogauit, num putarèt*

ret hæc omnia satis fore Romanis. Tum Annibal, planè satis, si vel auarissimi sint. Rex de prælio scisciabatur, hîc de præda respondit. Quid enim aliud est miles imbellis auro argento, cæterisq; rebus ad prædam inuitantibus instructus?

AD CAPVT VIII.

Vestes muliebres in pretium contracti dedecoris] *Imbellia, timiditas, mollitia fœminarum est, non virorum. Quare vestis muliebris ignauo ac timido militi, tanquam mulieri magis, quàm viro danda est in præmium. Tales apud Homerum Iliad. 2. Thersites vocat* πέπονες, ἀχαιΐδες, οὐκέτ' ἀχαιούς. Pepones, Achiuas, non Achiuos. *Et Numanus apud Maronem lib. 9. in Troianos idem iactat conuitium*, ô verè Phrygiæ, neque enim Phryges. *Xerxes Artemisiæ, à quo bello nauali aduersus Græcos adiutus fuerat, & in quo eiusdem reginæ duces ignauiores extiterant, cum ipsa pugnasset strenuè, hanc laudē tribuit.* οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασι μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες. Viri fuerūt mihi mulieres, & mulieres viri. *Auctor Herodot. lib. 8. Testatur idem historicus, apud Persas grauissimæ contumeliæ loco habitum, si quis fœmina mollior vocaretur. Vide quæ in Symbolis Virgilianis in locum suprà adductum notauimus. In Lycia, vt traditum est à Plutarcho in consolat. ad Apollonium, affines & propinqui in funere muliebres vestes induebant, vt eam deformitatem pertæsi, citius à lacrymis & luctu abstinerent.*

Non filium Chosroæ, sed filiam] *Qui dicit quæ vult, audiet sæpe quæ non vult. Quanquam Hormisda fecit potius, quam dixit contumeliam: cui Varamus vicissim animum imbellem, & effœminatum exprobrat, dum eum filiam, nō filium Chosroæ appellat. Lepidum est illud in facetiarum exemplis apud M. Tullium 2. de Orat. Cum Sex. Titius se Cassandram esse diceret, multos, inquit Antonius, possum tuos Aiaces Oileios nominare. Nec minus quod infrà sequitur. Cum Q. Opimius consularis, qui adolescens malè audisset, festiuo homini Egilio (qui videretur mollior, nec esset) dixisset.* Quid tu Egilia mea? Quando ad me venis cum tua colo & lana? Non pol, inquit, audeo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere.

Imp.

Imp. clementia populi acclamat. anteuertit] *Seneca lib. de Clementia. Nullam ex omnibus virtutibus magis homini conuenire scimus, quàm clementiam, cum sit nulla humanior. Nullum tamen clementia ex omnibus magis quàm regem ac principem decet. Mandandum & illud memoriæ, eiusdem, lib. de 4. virtut.* Haud minus turpia sunt principi multa supplicia, quam medico multa funera. *Quam abhorreret à sontibus capite puniendis Mauricius, supra lib. 1. in cap. 11. ex Euagrio docuimus. Ex familiaribus cuidam dicenti Theodosio iuniori, neminem ab eo illorum morte multatum, qui iniurij ei fuissent: vtinam, inquit, eos etiam in vitam reuocare possem, qui iam dudum mortui sunt. Idem ad mortem damnatos ob capitale facinus, si ad portas vrbis nondum ducti peruenissent, dimitti iubebat. Niceph. lib. 14. cap. 3.*

AD CAPVT IX.

Bellum omnium malorum receptaculum] *Detestatus est bellum suprà, cap. vlt. lib. 1. Mebodes Persa legatus. Prouerbium* πόλεμον ἀγγέλλεις, non bellum annuntias, *de læto nuntio: quoniam bellum res est calamitosissima.*

AD CAPVT XI.

Sub potestat. subiecit] *Vltra quintum mensem obsessam, & nemine resistente captam refert Euagrius lib. 5. cap. 10. Immò à Præfecto proditam. Omnes è ciuitate promiscuè eduxit: quosdam miserandum in modum ibi interfecit: quàm plurimos viuos abduxit: vrbem præsidio communiuit.*

Vitio mentis audacius] *Eiusdem lib. cap. 11. Euagrius Iustinum animi sanitatem amisisse autumat, quia præ nimia insolentia ac superbia casum hunc acerbius, quam pro consuetudine humana tulerit. Simocatta rem mitius interpretatur, qui de Sophiæ litteris, quibus Chosroen ad misericordiam, & inducierum pactionem induxit, nihil dixisse mirum est. Vide Euagrij caput duodecimum.*

Satellitum Imp. Præf. quem excubitorum comitem] *Comites olim dicebantur, qui cum potestate erant, id est, quibus imperij pars mandata erat. Deinde cœpti sunt appellari hoc nomine qui Proconsules, Procuratores in prouincias euntes comitabantur, vel senatus, vel ipsorum magistratuum voluntate ac iudicio, publicorum negotiorum adiutores, atq; administri: quales erant quæstores, legati, scribæ, accensi. Postea Comites dicti sunt Iurisperiti, prouincialium magistratuum assessores, quos magistratus arbitratu suo delectos secum adducebat. In constitutionibus recentiorum Impp. varia pro administratione nomina adduntur. Comes archiatrorum, commerciorum, domesticorum, donorum, metallorum, militum, rerum priuatarum, sacrarum largitionum, sacræ vestis, &c. Vide Brissonium de significat. verborum ad ius pertinentium.*

Nosce qui nuper fueris, & qui in præsenti sis.] *Qualis ex quali factus, ex tenui diues, ex ministro dominus, ex priuato Imperator. A moderatione laudatur Agathocles Siciliæ rex. Memor enim vnde in tam excelsum gradum ascendisset,* miscebat opes, pauperiemque simul. *Sed totum epigramma adscribam ex Ausonio.*

Fama est fictilibus cenasse Agathoclea regem,
Atq; abacum Samio sæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis:
Et miſceret opes, pauperiemq; simul.
Quærenti causſam, respondit. Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Habet sæpe locum in vita hoc præceptum, & pauci priſtinæ sortis & abiectionis, nobilitatem & diuitias adepti meminerunt, incipiuntq; multi insolescere, & præ se alios despicere. Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum, *dixit nescio quis.*

Omnes isti & serui, & filij tui sunt] *Paucos inuenias Principes, qui subiectos ament tanquam filios, paternaq; cura ac sollicitudine eorum commodis prospiciant.* ποιμένας λαῶν pastores populorum *vocat Homerus. Quo satis significat, quid ipsorum officium requirat,*

quirat, & in quo potißimum ſit poſitum. Cur à poëtis ſic vocentur, explicat Philo Hebræorum eloquentißimus, lib. de Ioſeph. In præclariſſima illa laudatione Emmanuelis Imp. quam hiſtoriæ ſuæ præfigit Nicephorus Calliſtus, inter cætera ſic habet. Sed nec illud imperio ſuſcepto egiſti, vt te ciues, & ſubditi tui metuerent tantùm: verùm timorem cum charitate temperarent. Proinde cum te homines tui cum admiratione dilexere, quod minus eſſe terribilis, neque arbitrio tuo viuere, & pleraque omnia ſtatuere viderere, tum ipſe eos magis etiam dilexiſti, quibus reuera extitiſti, veluti pater optimus, *quemadmodum ille dixit.*

Matrem tuam (Sophiam Auguſtam) venerare] *Veruntamen mater iſta Sophia ἀσόφως filio ſuo aduerſata eſt, ægrè ferens eum tam multa de theſauris à Iuſtina aggregatis in pauperes diſtribuere. Cuius ſapientißimum, & Chriſtianæ ſpei pleniſſimum factum ex Gregorio Turonenſi affert Cardinalis Baronius tomo 7. De perſona Tiberij & moribus lege Euagrium lib. 5. cap. 13.*

Qui hoc mihi fecerunt] *Puto velle, quod habet Euagrius. Atque digito magiſtratus demonſtrans: non oportet, inquit, horum conſiliis morem gerere: nam hi me in iſtas, quas cernis, miſerias deduxerunt.*

Si volueris ſum, ſi nolueris non ſum] *Obſcurior eſt horum verborum ſententia. Quare Oedipo ſit opus: ego Dauus ſum. Clara eſſent, ſi à Tiberio dicerentur, cum hac interpunctione.* λέγε οὕτω. ὦ βασιλεῦ, ἐὰν θέλῃς εἶμι. εἰ δὲ μὴ θέλῃς, οὐκ εἰμί. καὶ ὁ βασιλεὺς, ὁ θεὸς ὁ ποιήσας, *&c. dicit ei.* O Imperator, ſi volueris, ſum *(ſubaudi Imp. ſucceſſor tuus)* ſi nolueris, non ſum. Tum Imperator, Deus qui fecit, &c. *Tiberium porrò Euagrius ita deſcribit cap. 13. lib. 5. Erat corpore maximè procero & robuſto, & pulchritudinis excellētia omnium opinione maiore: adeo, vt non regibus ſolùm & Imperatoribus, ſed omnibus etiam hominibus facile præſtaret. Quod ad animum attinet illum manſuetudo, & benignitas exornarunt. Primo ipſo aſpectu omnes videbatur ad ſe diligendum inuitare. Lege quæ ſequuntur.*

AD CAPVT XII.

Morem tenens, literas ad Perſarum regem mittit] *Lib. 8.*

cap.15.de Phoca. Mense quinto literis scriptis Chosroen de sua inauguratione, Lilio huius tyrannicæ creationis delecto nuntio monet. Sic enim & Romani, & Persæ solent, cum in regiæ dignitatis gradu collocantur. Mitti etiam solebant imagines Augustorum Romam, & in diuersas prouincias imperij Romani, atque ad Principes amicos, appellabanturq; laurata, quasi laureata. Multa de his Gregorius Pap.II. ad Leonem Isauricum Imp. Ante Phocam autem imagines huiusce modi Romam allatæ non sunt. Baron. Annal.tomo 8. ex actis publicis. Allatæ sunt autem Constantinopolim multo ante. Nam Honorius cum Placidiæ sororis suæ maritum Constantium ducem, virtutis & prudentiæ nomine solenni pompa adhibita Augustum appellasset, imaginem eius, vt moris erat, Constantinopolim ad collegam Theodosium misit. Sigon. de imperio occident. lib.11.

AD CAPVT XIII.

Non est Persarum natura indissolubilis] *Quasi diceret illud Virgilianum, ex Aeneid.12. mutata vnica voce.*

Et nos tela viri, ferrumq; haud debile dextra
Spargimus: & nostro sequitur de vulnere sanguis.

Cenea vnum de Lapithis fabulæ poëtarum narrant vulnerari non potuisse, cùm tamen vulneraret alios. Ouid.12. Metamorph.

Telaq; in hunc omnes vnum mittunt, ferunt; que.
Tela retusa cadunt: manet imperfossus ab omni,
Ingq; cruentatus Ceneus.

Memorat Ioannes Petrus Maffæus historiarum Indicarum libris, de quodam dynasta barbaro, habuisse lapidem, cuius erat ea vis, & natura, vt sanguinem quamuis pluribus locis vulnerati cohiberet. Quo vt spoliatus fuit, profluxit vbertim, vt homini mortem afferret. Vulnerari quidem poterat: sed ex vulneribus animam amittere propter virtutem lapidis illius non poterat.

Nec enim equum diuinis honor. colendum] *Equum à Persis pro Deo coli solitum videtur dicere, cum tamen legamus eos soli, quē colebant, equum mactare solitos,* ne detur celeri victima tarda Deo, *vt Ouidius ait. Quare amplius de ista veritate quærendum est. Gyraldus de diis gentium syntagmate 17. accuratè religionem, & sa-*

cra

era Persarum exponens, de equo nihil tradit; vt putem Simocattam hoc loco memoria lapsum, quod non vni scriptori contigit. Aegyptus fortasse, vt alias, sic istam quoq; bestiam diuinis honoribus coluerit.

Vt vestræ appellat. consent.] *Romani dicti sunt à Roma: Roma autem à Romulo: quamuis controuersiam habuerint duo fratres illi, Rómámne, an Remam nominarent, de qua Ennius. Quidam scripserunt à ῥώμῃ dictam hanc vrbem, quasi robustam. Sed Graeci malè omnia ad suam linguam reuocant.*

Periculorum contemptores pugna quærit] *Audiamus Euryalum ex Aeneid. 9. & putemus à quouis generoso milite talia nos audire.*

Est hic, est animus lucis contemptor: & istum
Qui vita bene credat emi quò tendis honorem.

En tibi (inquit ad Porsenam Etruscorum regem Romam obsidentem C. Mutius Romanus) vt sentias quàm vile corpus sit iis, qui magnam gloriã petunt, dextramq; accenso ad sacrificium foculo iniicit. Liuius lib. 2. Rectè etiam Catilina in extrema illa concione, quo suos ad fortiter præliandum incendit. Quanta cuiusque animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam horrere: timor animi auribus officit. Notauit Eretriensium ignauiam ac timiditatem in armis Themistocles, cum dixit eos similes esse piscium qui vocantur gladioli, & gladium quidem habent, cor non habent. Ita ipsis quoq; non deesse gladium, sed deesse animum.

AD CAPVT XIV.

Oratione hac om. animi ad certam. exardescunt] *Onosander in Strategico postulat Imperatorem siue ducem etiam dicendi peritum. Hinc enim maxima, inquit, præcipuáque in exercitum commoda deriuari puto. Siquidem Imperatoris vehementi concione erecti excitatique in procinctu milites, ardua quæq; & formidolosa despiciunt, & propositam in laudem victoriamque acriter decertando conspirant. An non vides hoc, audita huius ducis oratione à Romanis fieri? Idem. Nulla respub. aut exercitum absque Imp. aut Imp. absq; eloquentia mittat.*

Tulit

Tulit autem ne quis Persar. rex arma Rom.) *Verba Euagrij è cap. 5. lib. 5. apponam. Chosroes autem ingenti doloris cumulo oppressus, animo fracto, & ancipiti cura debilitato languens, crebris denig, & variis ægritudinis fluctibus demersus, miserandum in modum interiit, ac legem quam scripsit, ne rex Persarum in posterum contra Romanos arma ferret, velut sempiternum suæ fugæ monumentum post se reliquit.*

AD CAPVT XV.

Aperto capite regi suo indig. conuitiantur] γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐβλασφήμων. *Aperto, seu nudo capite quippiam vel facere, vel dicere, est id citra omnem pudorem ac verecundiam agere. Nam qui pudendam rem faciebant, caput operiebant. Socrates apud Platonem in Phædro, amorem vituperaturus, faciem tegit. Plaut. Trinum.* Ipsi tam aperto capite ad lenones eunt, quam in foro aperto capite fontes condemnant reos.

E Prytaneo annonam capiunt] *Prytaneum locus Athenis, in quo publico sumptu victus præbebatur iis, qui bene de repub. essent meriti, aut quos ciuitas honorare vellet. Scholiastes Thucydidis scribit, fuisse domum amplã, vnde annona suppeditaretur ciuibus, quòd ibi sederent* οἱ πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. *reipub. totius moderatores. Horreum, seu granarium publicum.*

Ob dignitatem Magistri quam gerunt] *Varia sunt genera magistrorum apud iureconsultos. Magistros appellari Paulus scribit, quibus præcipua cura incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam, & sollicitudinem rebus quibus præsunt, debent. Quin etiam ipsi magistratus per deriuationem à Magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ Præceptores Magistri appellantur, à monendo, vel monstrando. Festus verò, magistrare, ait, regere & temperare est: magistrare moderari, vnde non solùm doctores artium; sed etiam pagorum, societatum, virorum, collegiorum, equitum dicuntur quia omnes hi magis cæteris possunt. Vide plura apud Brissonium de significatione verborum ad ius pertinentium. Videndum hîc de quo magistrorum genere loquatur.*

AD

AD CAPVT XVI.

Et quoniam nauigium reipub. animo sincero] *Supra à nobis dictum est de hac metaphora. Sanè etiam Christiana respub. seu Ecclesia Christi, nauis vocatur, cuius primus gubernator institutus est ab eodem Petrus. Eius successores sunt Pontifices Romani. De eadem naui simplex, & tritus iam versiculus, incerto auctore fertur,* Fluctuat, ast nunquam mergitur illa ratis. *Ac melius omnino Ecclesia, quam respublica ciuilis cum naui comparatur, nisi me sententia multùm fallit.*

AD CAPVT XVIII.

Administrationem septem trib. sortitò distrib. esse] *De his septem ordinibus Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 30. Apud Medos verò septem populi ordines, res præcipuas expediunt. Et lex antiqua partiri aliter negotia non permittit. Qui enim Arsacidarum ordo dicitur, regnum apud se retinet, & regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præest. Alij politia curæ est. Alius controuersias de quopiam, quod arbitro iudice indigeat, inter ambigentes exortas decidit. Quintus populi ordo equites regit. Qui hunc consequitur, tributum à ciuibus & subditis exigit, & regio ærario præest. Septimus regis equos curat, & vestem militarem seruat. Hasce leges in aula regia Darium Hystaspem sacrasse ferunt. Hæc ad verbum descripsi, vt locus Simocattæ ex hoc loco aliquid lucis acciperet: quamuis Nicephorum hoc, vt alia, ex Simocatta hausisse iudicem.*

IN LIBRVM QVARTVM.

AD CAPVT III.

VEste regia, & pretiosa coopert. tiara ex auro] *Lamentabitur paulò post in conuentu procerum Persarum has delicias, & luxum suum. Vsque hodie barbari reges in India istiusmodi rebus gaudent, seseq; auro, & gemmis onerant. Nempe quod illis natura negauit, decus corporis, hoc aliunde petendum putant. Tametsi non omnes*

æquè deformes, quidam etiam oris dignitate, si minus colore, cum nostris Principibus certant. Zenobiam Palmyreorum reginam, mulierem bellicosissimam scriptum reliquit Trebellius, cum ab Aureliano Augusto in triumpho duceretur, sub gemmarum pondere anhelantem sæpius inter eundum coactam subsistere.

AD CAPVT IV.

Qui paulò antè tanquam Deus adorab.] *Notabile exemplum fortunæ mutabilitatis Hormisdas. Ac profectò satis disertè, quo pacto illa secum egerit, ipsemet hac oratione ostendit. Nec tamen querimonia sua vllam miserationem ex audientibus potest elicere: adeo tyrannis antegressa omnium illi odia conflauerat. Illustre præterea exemplum (vt externa omittam) mutatæ fortunæ & conditionis amplissimæ in miserrimam est Henricus III. Imp. de quo Carolus Sigonius lib. 9. de regno Italiæ in extremo his verbis. Quibus rebus actum de dignitate sua existimans (cò necessitatis ac miseriæ venit) ab Episcopo Spirensi victum sibi dari apud Spiram in æde Dei genitricis à se constructa petiuit, cùm diceret, se haud inutilem clericum fore, quod & literas calleret, & choro inseruire egregiè posset. Neque id impetrauit. Itaque ad astantes conuersus, suspirans dixit:* miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. *Atque aliquot post diebus 7. Id. Augusti ingenti dolore confectus, est mortuus, mansitq; corpus eius insepultum in cella quadam adis deserta, Pontifice id sepeliri vetante, per annos quinque.*

Qui purpura induebatur] *Satis explicatè & disertè luxum deliciasq; suas exponit. Persarũ sumptuosum luxuriosumq; apparatum, vnguenta, odores, coronas, & similia, notauit Horatius Ode vlt. lib. 1. Medorum Xenophon, Cyripædiæ lib. 1. Vbi quæ de Persarum tenuissimo victu narrat, accipienda sunt (vt quidam volunt) de ea ætate, qua Persæ Medorum imperium nondum subegerant. Alioqui putaret quispiam tam hoc verè scriptum à Xenophonte, quàm Cyri patrem Cambysen Persarum regem fuisse. Herodotus item lib. 1. luxum Persicum paucis describit.*

AD

AD CAPVT VI.

In conspectu patris morte afficitur] *Et filius, & vxor spectante Hormisda patre & marito (quò dolor esset acerbior, oculi enim augent dolorem) miserandum in modum, & immaniter necantur. Pro singulari crudelitate huiusmodi facinus accusantem Priamum poëta prudentissimus induxit 2. Aeneid. vbi Pyrrhus ante ora illius Politen filium interficit.*

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Dij (si qua est cælo pietas, quæ talia curet)
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati coram me cernere lethum
Fecisti, & patrios fœdasti funere vultus.

Caligula, vt auctor est Tranquillus, cap. 27. parentes filiorum supplicijs interesse cogebat. Vide quæ ad locum Virgilij in Symbolis nostris præterea notauimus. Certè etiam Mauricius Imp. vt habet noster historicus lib. 8. prius quam iussu Phocæ tyranni obtruncetur, necem filiorum suorum intueri compellitur. Ponit hoc in magno scelere etiam sacra Scriptura. Ecclesiastici cap. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris.

AD CAPVT VII.

Ad mensam panegyricam subseruiunt] *Regum & principum ventri atque abdomini studentium mensas, propter ferculorum multitudinem, varietatẽ, apparatum, ducta à solennibus, & frequentissimis ad festos dies, aut publicos ludos conuentibus metaphora, panegyricas vocare audet, lepide, & pro ingenio suo Gratiarum pleno. Tantæ in victu parsimoniæ Didum Iulianum fuisse testatur Spartianus, vt per triduum porcellum, per triduum leporem diuideret, si quis ei fortè misisset. Sæpe autem nulla existente religione, oleribus, leguminibus q; contentus, sine cœna cœnaret.*

AD CAPVT VIII.

Arbores vestes suas frondes depos. & somnia non valent] *Inter coniectores somniorum receptum est, quæ post vina & cibos, quæue repetito somno eueniunt insomnia, quæue fiunt, cum folia ex ar-*

boribus decidunt, ea plerumque vana existimari. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 26. De somniis autem vanis, hærentibus apud inferos sub foliis, seu frondibus arborum Virgil. 6. Aeneid.

In medio ramos, annosa q; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens, quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt, foliis q; sub omnibus hærent.

Vide ibidem Seruium.

AD CAPVT IX.

Duobus oculis mund. vniuers. illustrari] *Duo imperia, Romanum & Persicum non illepidè duos mundi oculos vocat, quibus nihil sit præstantius ac nobilius: sicut inter partes corporis humani nihil est cum oculis conferendum. Quemadmodum enim aliarum partium decus est caput, sic ipsi decus & ornamentum sunt capitis. Alexander Mag. oblatam sibi à Dario partem regni Persici vsque ad flumen Euphraten cum filia in vxorem recusauit accipere, nisi Darius secundus sibi, non par haberi velit. Cæterùm neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere, Iustinus lib. 11.*

AD CAPVT X.

Equi gressum vltroneum sequi] *Eadem de re, & de epistola Chosroæ ad Mauricium Euagrius cap. 16. Fugisse autem ait cum vxoribus, & duobus tenellis liberis, & quibusdam Persis nobilibus, qui eum sponte comitabantur.*

AD CAPVT XIV.

Melitenes Præsul Domitianus] *Obuiam Chosroæ missos Domitianũ, & Gregorium Episcopos, cũ omnibus satellitibus, & exercitu Romano, vt eum quocunq; vellet comitarentur, ait Euagrius l. 6. c. 17.*

Alloquio & donis] *Chosroen hospitem pro exule, & profugitiuo filium efficit Mauricius: muneribus planè regalibus donat, quibus eum ad se diligendum inuitaret. Nec Mauricius solum tam magnifica dona misit, sed imperatrix etiam erga Chosroïs coniuges, & liberi Mauricij erga liberos eius paria benignitatis officia præstiterunt. Euagrius cap. 16.*

IN

IN LIBRVM QVINTVM

AD CAPVT I.

VENERAND. Sergium martyr. qui colit. etiam à barb.] *De hoc scriptum extat in martyrolog. Non. Octob. Passum sub Maximiano, Augustæ Euphratesiæ, cum Baccho. Fuisse nobiles Romanos. Ipsum clauatis cothurnis pedes indutum, cum in fide fixus maneret, iussum decollari. Locum vbi quieſcit, vocatū ab eius nomine Sergiopolim. Ob præclara miracula frequenti Christianorum concursu honorari. Si lubet, lege illic annotata à Baronio. Vt autem etiam barbari illum colerent, fecit frequentia Christianorum eius sepulchrum visentium, & miracula quàm plurima, quæ vel immania illa pectora ad eum colendum permouerunt. Sic apud Turcas, alioſq; barbaros Catharina, Ioannes Baptista in honore sunt.*

AD CAPVT III.

Ipsumq; è templo eiicit] *Exemplum libertatis Christianæ in Episcopo, dum locum Deo consecratum ab homine profano, & idololatra non sinit inquinari. D. Chryſoſtomus, vt est in eius vita à Metaphraste descripta, Gaynæ barbaro, & duci Romanorum, religione Ariano, ab Arcadio Imperatore templum contendente, in quo cum suis Arianis preces factitaret, & sacra obiret, restitit, nec vllis ab eodem Imp. argumentis ad id permittendum flecti potuit. Nec D. Ambrosius Theodosium cæde Thessalonicensium adhuc contaminatum & impiatum, passus est sacram ædem ingredi. S. Ignatius epist. ad Trallianos. Quid enim aliud est Episcopus, quam is qui omni principatu & potestate superior est, & quoad homini licet, pro viribus imitator Christi Dei factus? Sic ille. Atqui etiam Christus, cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, ementes, & vendentes de templo eiecit.*

AD CAPVT IV.

Propter palud. inform. hoſtib. inacceſſa] *Suidas hæc ipſa verba ex Simocatta recitãs, λιὼ δὲ τὸ φρέαρ τῷ κατωχμῷ τῆς ὑδρώ-*

σεως ἀλωτὸν τοῖς πολεμίοις; *sed corruptè, & sensu contrario. Vtinã prius vocem κάπωχμον exposuisset.* ἀυχμὸς *est quidem siccitas; sed est etiã squalor. Si pro siccitate accipimus* κάπωχμον, *vt videtur Suidas accepisse, quomodo est* πρὸς πολιορκίαν ἀπρόσιτον?

Nullus vestrum tergum sibi concidi patiatur] *Non auersa, sed aduersa vulnera gloriosa sunt: quia fortitudinem, sicut illa fugam, arguunt. Inde illud insigne epitaphium in Thrasybulum Laconem, qui in certamine aduersus Argiuos septem aduersis confossus vulneribus occubuit, & patrio more super scuto ex acie elatus est mortuus. Quæ res fortiter eum dimicasse, nec de fuga cogitasse satis superq; indicauit. Recitabo conuersum ab Ausonio.*

Excipis aduerso quod pectore vulnera septem,
Arma superueheris quod Thrasybule tua:
Non dolor hic patris, Pitanæ: sed gloria maior.
Rarum tam pulchro funere posse frui.
Quem postquam mœsto socij posuere pheretro,
Talia magnanimus edidit orsa pater.
Flete alios, gnatus lacrymis non indiget vllis,
Est meus & talis, & Lacedæmonius.

Laudans Achillem nasciturum Parcis introductis Catullus, Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.

AD CAPVT V.

Sobria quad. insania quasi œstro perciti] *Græcè est,* ζώφρος νῃ μανίᾳ τινὶ ἐς συμπλοκὴν ἐξοιστρέμενοι. *Admodum* ἐμφατικῶς *dixit. Est autem hoc tale, quale illa Græcorum,* σῶφρον ἄδωρον, νύμφη ἄνυμφος, παρθένος ἀπάρθενος, βίος ἀβίωτος. *Et Latinorum, insepulta sepultura, insaniens sapientia, ars iners, cum tacet, clamant, &c. quæ Græcis* ὀξύμωρα *vocantur. Sic enim acutè dicuntur, vt stultè, seu fatuè dici videantur: quasi idem de seipso negetur; aut de eodem contrarium affirmetur.*

AD CAPVT IX.

Varamæi cum clam. at strepitu, Rom. quietè] *Nihil penitus dubito, quin Simocatta, vt est* φιλόμηρος *ad initium 3. Iliados hoc loco respiciat, vbi poëta Troianos magno cum clamore ac strepitu,*

pitu, instar gruum per aëra volantium, & clangentium: Græcos contra cum silentio, & absq; omni strepitu, paratis animis ad opem inter se ferendam processisse ad pugnam commemorat. Quibus versibus, qua distinctione eum boni & mali militis differentiam indicare voluisse, auctor est Plutarchus in vita ipsius.

AD CAPVT X.

Pro symbolo salutationem Dei matris] *Nota in hoc capite præsens auxilium, appellatæ tantum Dei matris, ore licet barbaro: sed cum fide & spe magna eorum, qui ipsos hoc symbolum pronuntiare docuerunt. Deus enim, etsi fidem hominum quippiam conantium respicit, tamen eius beneficentia, & misericordia eidem non est alligata. Itaq; sæpe etiam non credentibus, & nescientibus facit bene. Huc aptè conuenit illud Philonis, lib. de sacrificiis Abel, & Cain. Deus cum alicui benefacit, non vtitur eius consilio: sed inexspectata beneficia porrigere solet liberaliter.*

AD CAPVT XII.

Fœminam Golinduchã nomine] *Post magna miracula, quæ ediderit, martyrij coronam assecutã, & eius vitam ab antiquiore, Stephano Hierapolis Episcopo litteris mãdatã affirmat Euagr. lib. 6. c. 19.*

Acerbas sub terra pœnas, mag. contra bonor. delicias] *Historiæ de nonnullorum ectasi seu raptu (vt vulgò appellatur) qui pœnas improborum apud inferos, & gaudia cœlituum viderunt, non sunt habendæ pro phantasiis, & commentis, vt irrisores quidam dictitant.*

AD CAPVT XIII.

In Romaniam profugere] *Et hæc, & quæ capite sequenti ponitur epistola Chosroæ ad S. Sergium martyrem habetur apud Euagrium lib. 6. Sed non satis emendatè cum Eusebio excusæ sunt græcè à Roberto Stephano. Romania à recentioribus scriptoribus græcis appellatur Græcia Europæa. Aliquãdo ab iisdem prouinciæ Asiaticæ Romanorum sic vno & communi nomine dicuntur.*

AD CAPVT XIV.

Ego verò Græcorum sacra colerem] *Siram dicit esse Christianam, se ἕλλωα. Sciendum in sacris literis, & SS. Patrum libris*

ἕλλη-

ἕλληνες dici gentiles, siue ethnicos, homines nimirum Christiana religionis expertes, & simulacrorum cultores, quales Græci fuerunt. Et ἑλληνίζειν stolida & impia persuasione de diis teneri & imbutum esse significat, cui χριστιανίζειν opponitur. Item ἑλληνισμὸς est παιδεία ἑλληνικὴ, seu ἡ ἔξωθεν παιδεία, græca, hoc est, ethnica, sæcularis & extranea eruditio, litteræ profanæ, quibus εὐαγγελικὴ παιδεία opponitur.

Quod fœminis solet, accidere desiit] *Tertullianus lib. de resurrect. carnis, menses sanguinum uberũ tempore vacant. Contra Marcionem vocat tributum sanguinis. Plinius menstruos mulierum cursus. Cessatio huiuscemodi cursus conceptum indicat, & in Sira, de qua sermo est, indicauit. Cur autem palleant grauidæ mulieres cum virore quadam, docet Hippocrates. Quoniam purus illarum sanguis semper quotidie è corpore destillat, & in fœtum descendit, unde augmentum ei accedit. Cum ǫ minuitur sanguis per corpus, necessario pallorem induunt, ac debiliores euadunt.*

Nunquam tu auderes in mag regem scommata] ὀβαπλοῦς, & μέγας βασιλεὺς tituli fuerunt regis Persarum. Minimè autem omnium obiurgari & admoneri se reges patiuntur, tametsi nulli ferè sunt, qui magis obiurgatione & admonitione digna committunt. Proinde apud eos assentatoribus magis, quàm admonitoribus solet esse locus. At Isocrates ad Nicoclem πιστὸς ἡγοῦ, μὴ σοῦ πᾶν ὅτι ἂν λέγῃς ἢ πράττῃς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ σοῦ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. Fideles existima, non eos, qui omnia & dicta tua, & facta laudarint, sed qui etiã errata & delicta reprehenderint. Lib. 1. cap. 1. reprehensionem ǫ ut magistram optimam blanditiis & assentationibus antepone. Potestas enim admoneri se & condoceferi ægrè patitur. Verba sunt Tiberij ad Mauricium successorem. De admonitione seu obiurgatione notatu dignum, quod ait Plutarchus præceptor morum grauissimus. Remedia quædam principiò mordent, & offendunt, postea sunt iucundissima: ita salubriora monita initio sunt nonnihil amara, correcto postmodum sunt iucundissima.*

AD CAPVT XVI.

Ædes illa ad Pegen] *Hoc templum (quemadmodum in historia Cantacuzeni cap. 17. lib. 2. annotaui) ad fontem Dei matri, eiusdem*

dem monitu, Leo Thrax Imp. excitauit. Locus, seu regio, & ipsa templi structura, & fons iste in medio fermè templi, à Nicephoro describuntur lib. 15. cap. 25. & 26. Idem auctor librum de miraculis ibidem factis composuit.

IN LIBRVM SEXTVM

AD CAPVT I.

EX omnibus his præsagiis Imp. infausta] *Sicut cometæ, ita quoq; alia portenta regibus, & Imperatoribus dira plerumq; minantur. Quare non sine caussa ab iisdem timentur. Virgil. Primum Georgicorum enumeratione complurium prodigiorum concludit, quæ necem Iulij Cæsaris, & bella ciuilia postmodum secuta nuntiarint.*

AD CAPVT II.

Citharam curare, quod arma tract. nesciant] *Nimis multos haberemus citharœdos, si, quicunque arma tractare nesciunt, citharæ se dederent. Sed melius est nihil agere, quàm otiari. Diogenes cum rudem quendam citharœdum omnes vituperarent, solus laudabat. Caussam rogatus, respondit, quod cum talis sit, cithara se non latrocinio exercet. Ita profectò, præstat vel ludicris, quàm malis artibus sese alere, & pilam ludere, si id tibi quæstui sit, quam furari.*

AD CAPVT IX.

Custodiæ quam scultam nominant obliuiscuntur] *Scribendum opinor σκῦλτων, & quia de custodia militari, seu excubitoribus sermo est, suspicor vocem germanicam* Schiltwacht *huius scultæ originem ac parentem esse. Constat enim satis, non latinè tantùm, sed aliarum quoque linguarum vocabula posterioribus præsertim sæculis in sermonem græcum immigrâsse. Certe in hac historia, Italica vox torna torna legitur.*

AD CAPVT X.

Longobard. gentis Principem Alboinum] *Florebant eo tempore (circa annum Domini D. LXVI.) in Pannonia rei militaris atq; armorum gloria Longobardi. Hanc gentem scribit Paulus Diaconus Scandinauiam quandam insulam ad Oceanum aquilonarem incoluisse, indeq; in continentem Germaniã cum liberis vxoribusq; profectam, certas ibi sedes ac domicilium posuisse. Post multos inde annos Pannoniam iniisse, quæ ab Hũnis adhuc (qui & Abares dicebantur) incolebatur, atq; eorum auxilio vicinos Gepidas prælio deleuisse. Quo factum est, vt præter cæteros virtutis fama & rerum gestarum gloria antecellerent, tum, cùm Gothi in Italia rerum potirentur. Præerat eis Alboinus Andoini filius, rex iam decimus numeratus, &c. Sigonius de regno Italiæ lib. 1. Idem rex Rosimundam Chunimundi Gepidarum regis filiam, quem in prælio interfecerat, in matrimonio habebat, cuius fraude quomodo interfectus sit, vide eundem Sigonium eodem libro.*

AD CAPVT XI.

Affirmant qui histor. nihil faust. ciuitat. portend. quoties monstra] *Diligentes sunt in monstris ac portentis narrandis historiographi, præsertim Liuius; bouem locutum esse, pluisse lapidibus, & similibus, quibus diuinam iram mortalibus prænuntiari, multis exemplis patuit, quæ nôrunt, qui in historiarum lectione operam ac studium consumpserunt. Insigne quoddam prodigium ex 2. Machab. cap. 5. mihi occurrit, quo suprema calamitas Iudæis ab Antiocho rege Syriæ importata, præmonstrabatur. Describitur autem his verbis.* Contigit autem per vniuersam Hierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omniq; generis loricarum. Quapropter omnes rogabant, in bonum monstra conuerti.

IN

IN LIBRVM SEPTIMVM

AD CAPVT III.

DE satellitib. Imp. quem Rom. Scribonem] *Scribones non solùm erant chirurgi militum, sed etiam* δορυφόροι ἀμφὶ τὸ βασίλεια, *vt in lib. 1. cap. 4. docuimus.*

AD CAPVT IV.

Formidabant, ne si fug. assèq. redinteg. prælium] *Quia tum videlicet fugientibus ex desperatione crescit audacia: & cum spei nihil sit, sumit arma formido, vt ait Vegetius lib. 4. cap. 21. Habet & locum Virgil. illud,* Vna salus victis, nullam sperare salutem.

AD CAPVT V.

Aqua se defici non sustinentes, vino sitim consol.] ὑ φέρον τοίνυν ὁπλιτικὸν τὸν ἀταίνη ὕδατος, οἴνῳ παρεμυθοῦντο τὸ δίψος. *Si milites vino poterant solari sitim, non erat cur aquam requirerent. Et apparet querela ridicula, conqueri deesse tibi aquam, cum habeas in promptu vinum. Cur præterea sequentibus diebus rursus sitientes vinum non biberunt? Vnde autem illis vinum, præsertim in tanto errore viarum? Arbitror pro* οἴνῳ *legendum* ὄρῳ: *nam hoc potu in summa siti militem aliquando vsum legimus. Et tale quid Rabsaces Senacheribi regis Assyriorum nuntius Hierosolymitanis minitabundus prædicit, ni se illi dedant,* vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam. *4. Reg. 18. & Isaiæ 36. Omnino ab* ὄρον *scriptum fuisse* ὄρῳ *existimo: librarium autem historiarum imperitum, ac simplicem, cum id pro absurdo duceret,* ὄρῳ *in* οἴνῳ *mutasse, misericordia motum videlicet. Cretenses obsidione Metelli ad vltimam vsq; penuriam compulsi, sua iumentorum q; suorum vrina sitim torserunt iustius dixerim, quam sustentarunt. Quia dum vinci timent, id passi sunt, quod eos ne victor quidem pati coëgisset. Valer. lib. lib. 7. ca. 6. Hiberũt item vrinam suam Christiani, extrema situs magnitudine compulsi, vt prodidit memoriæ Gulielmus Tyrius belli sacri lib. 8. cap. 7.*

AD CAPVT VI.

Ligneo Antistitis cubili tot.noctem incubab.] *Mira pietas Mauricij. Nec stultè sperauit id animæ suæ profuturum: quod omnes Catholici in contingendis, exosculandis, circumferendis, venerandis sanctorum corporibus, cineribus, ossibus, qualibuscunq; demùm reliquiis sperare debemus: & eò magis, quod earum virtutem magnis & illustribus documentis in corporibus & animis hominum sæpenumero declaratam legimus, & audimus. In vilissimo lectulo S. Romoaldi cubuit Otho II. Imp. cum eum in Italia inuisisset: nisi quod cilicinum stragulum, vt corpori suo nimis hirtum & asperum recusauit. Constantinus Mag. mutilata à tyrannis membra Confessorum Episcoporum, quos ad Nicænum Concilium aduocarat, venerabundus exosculabatur, quod se inde benedictionem & aliquid cœlestis gratiæ consecuturum speraret. Sigon. de Imper. occident. lib. 3. Verùm iste Ioannes Ieiunator ex ieiunio suo popularem captabat auram, & sanctitatem non habebat, sed simulabat, homo superbus, qui sibi primus ex Constantinopolitanis Patriarchis Oecumenici nomen arrogare est ausus. Vide Cæsaris Baronij tom. 7. Annal. in Mauricij Imp. anno primo.*

Rerum trist. habere præsag. affirmant] *Famis, bellorum, cladium, cædium, morborum, vastitatum regnorum atque vrbium, exitiorum denique variorum. Meritò itaque Virgil. 1. Georg. vocauit diros cometas.* nec diri toties arsere cometæ. *Incerti auctoris,* ἀδείς κομήτης, ὅστις ἐ κακὸν φέρει. *quod quidam non inuenuste sic expressit.* Heu nunquam certa visus sine clade cometes. *Portendere autem huiusmodi crinita sidera occasum principibus, vulgo persuasissimum est. Sueton. in Nerone. Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgò putatur. Facetè huiusmodi ostentum irrisit Vespasianus Imp. inquiens, ad regem Persarum, non ad me pertinet: ille enim comatus est, ego caluus sum. Vide Symbolas nostras in locum Maronis quem protulimus.*

AD

AD CAPVT XV.

Nam septem eius filij bubone] *Obserua supplicium sacrilego diuinitus impositum. Peste inguinaria extinguuntur vno die septem eius filij. Supplicia porrò sacrilegorum etiam hac ætate & memoria nostra, complura possent commemorari, si necesse foret. Illud Heliodori, qui ab Asiæ rege Seleuco ad diripiendos thesauros, in templo Hierosolymitano depositos venerat, quomodo scilicet à duobus angelis dirissimè flagellatus sit, omnes norunt. Scriptum est Machabæor. lib. 2. cap. 3.*

AD CAPVT XVII.

Nilus omnium fluuiorum orbis terræ latiss.] *Quanta sit eius latitudo, ex eo colligi potest, quod Plinius ait lib. 5. cap. 9. insulas ita innumeras spargit Nilus, quasdamque tam vastæ magnitudinis, quanquam rapida celeritate, vt tamen diebus quinque cursu, non breuiore transuolet. Clarissima earum Meroë, & Elephantina. Ea est infra nouissimum catarrhacten CCCC. M. passuum.*

Omnium fluuiorum esse dulciss.] *Spartianus in Pescennio Nigro. Tanta fuit censura erga milites, vt cum apud Aegyptum limitanei milites vinum peteretur, responderit, Nilum habetis, & vinum quæritis? Siquidem tanta illius fluminis dulcedo est, vt accolæ vinum non quærant.*

IN LIBRVM OCTAVVM.

AD CAPVT I.

QVem Rom. præf. prætorio nominant] *Translata in vnius imperium republica, exemplo magistrorum equitum ab Imperatore creari solebat præfectus prætorio: cui dabatur plenior potestas ad emendationem disciplinæ publicæ. Quibus initiis adeo is ma-*

giſtratus creuit, vt appellari à Præfectis prætorio non poſſet. Credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam exploratae eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. Vnde autem dictus ſit, patet ex Aſconio. Veteres, inquit, omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt. Vnde & prætorium eius tabernaculum dicitur, & in caſtris porta prætoria, & hodie quoque Præfectus prætorio. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Præfectum prætorio dici eum, qui militibus iis præerat, quos Imperatores in ſui cuſtodiam allegerant, &c. Hæc ex libris Iureconſultorum. Vide Briſſonium de ſignificat. verborum iuris libro decimo quarto. Simocatta dum coactorem tributorum per orientem facit, non ſatis proprie videtur hac voce vſus.

AD CAPVT II.

Barbaros adhuc crapulantes opprimunt] *Similiter Cyrus genium ex præda curantes Scythas apud Iuſtinum libro 1. Ita Cyrus traiectis copiis, inquit, cum aliquantiſper in Scythiam proceſſiſſet, caſtrametatus eſt. Dein poſtera die, ſimulato metu, quaſi refugiens caſtra deſeruiſſet, ita vini affatim, & ea quæ epulis erant neceſſaria relinquit. Quod cùm nuntiatum reginæ eſſet, adoleſcentulum filium ad inſequendum eum cum tertia parte copiarum miſit. Cum ventum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, velut ad epulas, non ad prælium veniſſet, omiſſis hoſtibus inſuetos barbaros vino ſe onerare patitur; priuſque Scythæ ebrietate, quàm bello vincuntur. Nam cognitis his Cyrus reuerſus per noctem ſaucios opprimit, omnesq; Scythas cum reginæ filio interficit.*

AD CAPVT IV.

Clauis ferreis, quæ Roman. diſtria] *Quid hoc vocis ſit, nuſquam reperio. Similes ſunt aliæ quædam in hac hiſtoria, quarum ſignificata neſcias vbi quæras.*

AD

AD CAPVT V.

Ad Dei genit. ædem, quam Blachernas] *Templum hoc à Pulcheria Aug. constructum est in suburbana regione, quæ Blachernæ dicebatur. Opus est eius inquit Nicephorus lib. 14. cap. 2. sacrum Dei genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum ipsa illa Verbi matre, quod inhabitaret, iudicatum domicilium: sicuti filio eius quod Sapientiæ vocatur. Cuius diuinum tumulum, & sepulchrales fascias inuentas, cum veneratione maxima ibi reposuit. Quomodo autem vestis B. Virginis Constantinopolim peruenerit, sub Leone Imperatore, docet idem libro decimoquinto, capite 24. tametsi vult aliud templum eundem Imper. condidisse, in qua vestem hanc sacram deposuerit.*

Mariæ Virginis, quam Deiparam] *Christus natus est ex virgine, non quod detestanda sit legitima commixtio: sed quod eiusmodi partus decebat Deum. Decebat namque creatorem non consueto, sed peregrino & admirando vti partu, vtpote omnium opificem. S. Ignatius epistola ad Hieronem diaconum.*

AD CAPVT VII.

Duor. color. cærul. & virid. fact. dedit. pop. multitudo] *Aurigarum, siue agitatorum societates in ludis Circensibus factiones appellabantur. Earum ab initio duæ erant, à vestium coloribus, quibus dum cursitarent induebantur, nomina sortita, Alba scilicet & Rubea, siue Russata: qui cum certatim pedibus, siue curribus insidentes currerent, & magno populo Romano oblectamento erant, & sacra Circensia perficiebant. De quibus Tertullianus. Hæc, inquit, ab initio duo soli fuerunt colores: Albus, & Russeus. Albus hiemi ob niues candidas, Rubeus æstati ob solis ruborem voti erant. Sed postea tam voluptate, quàm superstitione prouecta, Russeum alij Marti, alij Zephyris Album consecrarunt, duobus q. additis, Prasino & Veneto, Prasinum Terræ Matri, vel Verno (ob virorem) Venetum Cœlo & Mari, vel Autumno deuouerunt. Ita ex duabus quatuor factiones factæ, Prasina, Russata, Veneta, & Albata. Hactenus ex Onuphrio de ludis Circensibus lib. 2. cap. 10.*

AD

AD CAPVT VIII.

Quam Byzantij Ecclesiã mag. vocant] *De Conditoribus templi huius eiusque forma; item quale hodie visatur, lege Petri Gylly topographiæ Constantinopolitanæ lib. 3. cap. 3. & 4. Huius Ecclesiæ magnæ, id est, Dei Sapientiæ extructæ, miras & magnificas sanè laudes sæpe lego in græcis scriptoribus. Testimonij caussa ponam aliquas. Sophiæ templum cogitationem mentis excedens, & immensum opus, incredibilis formæ, sempiternæ aulæ imago, commune hominum, dicam etiam angelorum delectamentum, & spectaculum, hoc diuinum Dei Verbi Sapientiæ palatium. Nicephorus Præfatione historiæ suæ. Illud terrestre cœlum, noua illa Sion, quam construxit ipse Dominus, non homo: gloria illa vniuersi orbis terræ: illud decus Ecclesiarum eminentissimum: illud omnium per orbem terrarum ædificiorum nobilissimum Dei templum. Ex Turcogræcia lib. 1. Longè amplissimum illud, ac diuinissimum Dei Sapientiæ templum, cœlum terreſtre, thronus gloriæ Dei, Cherubicum vehiculum, alterum firmamentum, factura manuum Dei, spectaculum, & opus eximium, totius orbis exultatio, illud elegans templum, & elegantibus elegantius. Georgius Protouestiarius, nondum latinè redditus chronographus, in bibliotheca Bauarica.*

AD CAPVT IX.

Marcioniſtis aggregat] *Marcionem Tertullianus libro de carne Christi, interfectorem veritatis appellat. Mera fuit calumnia hæc populi, furentis in caput Imperatoris sui, Mauricium esse Marcioniſtam, cum eius fidem Catholicam S. Gregorius Papa sæpe laudet.*

Sic Theodosius Nicæam defertur] *Quæ Nicæa Priscis, hodie Turcis Isnica, vrbs Bithyniæ metropolis, inter omnes huius nominis (amplius enim octo fuerunt, quas Stephanus recenset) præcipua, & ex primo Concilio sub Constantino Magno ibidem celebrato insigne, perpetuumque decus consecuta: Eam describit Gulielmus Tyrius belli sacri lib. 3. cap. 1. Antigonia ab initio appellatam accepimus ab Anti-*

Antigono Philippi filio, qui eam condidit. Inde à Lysimachi coniuge Nicæam dictam. Sabell. rerum Venetarum libro 5. Decad. 1. vbi eius etiam expugnationem à Christianis factam bello sacro describit.

AD CAPVT X.

Ad tyrannum Calydon. ad centaurum] *A Cedreno eius forma & mores sic describuntur. Statura fuit mediocri, deformis, terribilis aspectu, rubente capillo, supercilijs coëuntibus, mento raso, cicatrice in mala notatus, quæ ipso irascente denigrabatur, vinosus, mulierosus, sanguinarius, rigidus, in dicendo ferox, à miseratione alienus, moribus ferus. De infelicissimis autem sub eius imperio temporibus idem his verbis. Illius ætate omne genus malorum in Romanum imperium exundauit. Nam & hominum, & bestiarum mortua est immensa multitudo, & terra fruges negante, tum fames, tum grauissimæ pestes obortæ sunt, hyemes q; fuerunt adeo sæuæ, vt congelauerit mare, ac pisces perierint.*

AD CAPVT XI.

Iustus es dom. & rectum iud. tuum] *Agnoscere peccata sua, & in pœna promerita, eáque inflicta diuinam iustitiam commendare, Christiani planè pectoris est. Memor itaque fuit Mauricius illius Micheæ 7.* Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: *nec insipienter egit, qui maluit ignominiosissimè, & in tot suorum cædibus etiam sæpius mori, quàm ad futura, & nunquam finienda supplicia reseruari.*

Deinde & ipse amputato capite consumitur] *Placet quasi epiphonema quoddam adscribere verba illustrissimi Cardinalis Baronij Tomo Annal. 8. Ita quidem patefactum est horrendum Dei iudicium aduersus Mauricium Imperatorem, dum de facinore haud pridem perpetrato persoluit pœnam, vt licuit, talionis. Cum enim ipse passus esset tot millia Christianorum à diro barbaro immanissimè cædi, quos minimo potuisset redimere pretio, reus factus innoxij effusi sanguinis, ipse à tyranno vnà cum insontibus filijs crudelissimè neca-*

tus est, nullo adiuuante, eripiente nemine. Sentiens verò ipse, manum hanc esse Domini porrectam ad vlciscendum, specimen edidit probatissimi Christiani, conficiens sibi ex calice iræ Dei poculum medicinæ, quod sibi prodesset ad peccatorum suorum purgationem, & perfectam salutem animæ consequendam. Nicephorus narrat, legationem ad sanctos viros ab eo missam hoc responsum retulisse. Probat Deus conuersionem tuam, & animæ salutem concedit, teque totamque familiam tuam collocat inter electos: sed imperij cum dedecore iacturam patieris. *Hoc porrò factum intellige, postquam Mauricius scelerum suorum pœnas æternas à Deo metuens, libellos supplices scripsit ad omnes Patriarchas & Monachos in omnia monasteria, vt impetrarent sibi à Deo luere pœnas in hac vita. A quibus autem & quomodo eidem nex ista miserabilis prædicta diuinitus fuerit, vide apud eundem Baronium.*

AD CAPVT XII.

Occisorum corpora fluctib. marinis obiecta] *Capita Mauricij filiorumq; delata in campum iuxta tribunal, ad fœtorem vsq; ibi permansisse, donec Phocas ea auferendi, ac sepeliendi potestatem concessit, à quibusdam est proditum.*

AD CAPVT XIII.

Philippici Hypostrategus] *Quærat aliquis, quæ tũ Philippici fortuna fuerit, cùm tot illustres Phocas è medio tolleret. Cedrenus eum attonso capite sacerdotio initiatum, & sectatum vitam quietam: coniugem quoque ipsius Mauricij sororem idem fecisse narrat Cedrenus.*

AD CAPVT XIV.

De sanguine ex martyris huius, S. Euphemiæ, inquam, corpore statotempore exsudante, etiam Nicephorus lib. 15. cap. 3. qui tamen addit, hoc fieri solitum non certo aliquo anni tempore: sed pro eo atque Episcopi ipsius vitæ morumque sanctitas ferret. Sic enim fertur, inquit, cum is qui Ecclesiam gubernaret, præclarè viueret, & virtute exorna-

exornatus esset, frequentius miraculum hoc exhibitum esse. Subiicit deinde de odore immenso & naturæ captum, odoresq; omnes, quos ars humana conficit, supergrediente, qui in sacrario percipiatur, vbi tumulus, & sanctæ martyris reliquiæ asseruentur. In eodem capite à principio templum S. Euphemiæ, & situm eius amœnissimum è regione vrbis describit.

AD CAPVT XV.

Constantinam cum tribus filiabus in ptiuatam dom. includit] *Eam cum iisdem filiabus post menses octo gladio iussit interfici. Fuerunt igitur necata decem corpora imperatoria, & sex quidem ita abiecta, vt narrat Simocatta. Postea longo interuallo in templum Mamantis martyris illata omnia. In communi eorum monumento hoc legebatur epitaphium, à Cedreno, & Nicephoro relatum, quod quia miserabile, & quam fragili loco stent superbi, egregie indicat, vtraque lingua subiiciemus.*

Ἀλλ' ἐγὼ τριτάλαινα, καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων,
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου τε λάμαρ,
Ἣ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ πλείξασα λοχείλη,
Ὡς ἀγαθὸν πλέθη καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι, καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ,
Δήμου ἀπαθαλίῃ, καὶ μανίῃ φρατιῆς.
Τῆς Ἐκάβης ἔτλην πολυχείρονα, τῆστ' ἰοκάσης,
Αἴ αἰ τῆς Νιόβης ἔμπνοός εἰμι νέκυς.
Ναὶ ναὶ τὸν γλυκὺν, τί μάτην τὰ νέογνα ἔκλειναν,
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπισχόμενα;
Ἡμετέροις πεπάλοισι καθάσκιον οὐκέτι ῥώμη,
Ῥίζα γὰρ ἐκλάδη Θρηϊκίοις ἀνέμοις.
Induperatorum nimis heu miseranda duorum,
Vxor Mauricij, filia Tiberij:
Quæ demonstraui numerosa splendida prole,
Esse etiam multos vtiliter dominos,
Hîc modo cum natis sita sum, miseróque marito,
Stultitia populi, militis & rabie.

Deteriora tuli Cosseide, siue Iocasta:
Sum Niobæ spirans, prô dolor, effigies.
Sons fuerit genitor: quid natos cædere frustra
Humanæ fraudis nescia corda iuuat?
Non iam Roma meis quæras sub frondibus vmbram,
Nam stirpem turbo diffidit Odrysius.

Romam hîc non occidentalem, sed orientalem, νέαν ῥώμλω, nouam Romam, hoc est, Constantinopolim intellige: quam non amplius sub frondibus suis vmbras captaturam dicit, id est, veteri sui Imperatores ac defensores habituram, quoniam Thracius turbo, Phocas Thrax stirpem ipsius, omnes filios videlicet matactatu crudeli eruerit, atque confregerit.

FINIS.

INDEX
IN HISTORIAM MAVRICIANAM.

ABARES in Thraciam vastabũdi se infundunt. 115
Abarum complures obtrũcantur. 123
Abares ad Istrum non esse germanos, & vnde illis hoc nominis. 340
Abares vnde in Europa, & qua occasione hoc nomen assumpserint. 343
Achas castellum à Romanis oppugnatur, & à Persis superuenientibus liberatur. 74
Acierum vtriq; dispositio. 90. & 177. & 267
Adormaanes Romanorum loca populationibus miscet, suburbana Antiochiæ ædificia demolitur, Apameam incendio fœdat. 164
Æmi montis luculenta descriptio. 112
Æthiopes albi ad Septentrionem. 346
Alexandri Magni ambitio. 224
Alexandriana locus vnde dictus. 263
Alexandri martyris templum. 299
Alexandri Centurionis Romani aduersum Sclauos viriliter administrata. 309
Alexandri martyris templum & cineres. 357
Alexandrum martyrem propter, pestilentia diuinitus irrogata barbaris. 359
Alexander homo nefarius ad litem de loco stationis inter factiones componendam mittitur: in Cosmam Tribunum est contumelios us ac violentus: eum Veneti vlciscuntur: quorum vox male euenit. 403
Anathonum missi ducem occidunt, caput eiusdem, Chosroæ transmittunt. 250
Anchialus deuastatur: vici propinqui hostiliter diripiuntur. 53
Annona militum contracta. 138
Ansimuthus peditatus Thracij præfectus capitur. 115
Antiochiam Persarum condidit Chosroes. 260
Antiochiæ Persidis ciues fugitiuos & Varami factionem poscunt, in ducem & dedititios animaduertunt, Iudæos quoq; tyranni administros trucidant. 263
Aphraates dux Persicus occidit. 152
Aphumi castellum à Persis oppugnatur. 74
Aphumos petunt Romani. 105
Apperia castellum. 123

Arabia, & vrbes vsq; ad Tigrim Chosroæ traduntur. 235
Ardagastum fugit, pugnat, rursum fugit, fluuium tranat. 305
Ariolorum falsa prædictio. 183
Aristobulus palatij præfectus, milites ad officium reuocat. 144
Armenij Prætore suo iugulato, rebus nouis abutuntur operam. 159
Artos Romanorum socios Chaganus delere cogitat. 389
Arzanena regio directa. 79
Arzanenam Romani vastant: incolæ sub terram se abdunt, à captiuis produntur, resono pulsu explorantur & educuntur. 100
Arzaneni duces duo ad Romanos transeunt, locum castello excitando ostendunt. ibid.
Aue Maria, tessera Romanorum. 270
Augusta vrbs expugnatur. 53
Aureorum viginti millia ad priora octoginta spondentur. 59
Barbarorum clamores & tumultus. 267
Barbari in montem confugiunt. ibid.
Barbari ex elephantis tela spargentes, Romanis succumbunt, bestiæ Chosroæ donantur, spolia leguntur, disceditur. 273
Barbari captiui iussu Prisci mactantur. 312
Barbari occiduntur. 328
Barbari pacem incassum petunt. 333
Barbari quamobrem fugientes non sint persecuti. ibid.
Barbari cæduntur fuganturq;. 336
Barbari obiectu plaustorum se tuentur: tandem fugam faciunt. 350
Barbari claustra transitu prohibendo circumsident: à Romanis repelluntur. 357
Barbari Drizipera vrbem occupant: in templum Alexandri martyris eiusq; cineres eorum impietas. ibid.
Barbari vallum Romanorũ oppugnant. Nuntius ad duces de periculo. Adest Priscus. Viminacium reducuntur rates. Confligitur, occisisq; Romanorum trecentis, oppetunt barbarorum quatuor millia. 380. Vide plura inferius in V. Prælium.
Beiuduës oppidulum infestissimè oppugnatum Saperij militis singulari eximiaq; virtute capitur. 131
Belli execratio. 162
Beroën irrito conatu Chaganus oppugnat, incolis strenuè resistentibus, qui tandem non grandi pecunia obsidionem redimunt. 126
Bindoën virum illustrem frater è carcere eripit. 196
Bindois in Hormisdam maledicta. ibid.
Bindoës orationem Hormisdæ irridet, & in eum, vt multimodis sceleratũ, dirius inuehitur, refutat etiã, ex quibus sese cõmendauerat. Tandem capite puniendum pronuntiat. 204
Bindoës in vinculis adducitur. 222
Bindoës euadit, copias Andrabigano educit, Mystaconem de statu Chosroæ docet. 235
Bindoës regiam pecuniam in militem erogat. ibid.
Bindoës in Tigridem proiicitur. 283
Bocolabras magus, Scytha genere, causa pessundati fœderis. 62
Bryzacius dux Persa à Romanis captus,

auribus & naso mutilatur. 258
Bryzacius inter epulas adductus illuditur atq; interficitur. ibid.
Busa miles fortissimus venationi intentus capitur, & à suis nec precibus nec lachrymis lytrum impetrat. 126
Busa docet Abares fabricare machinam expugnatoriam, cuius adactu prostratis mœnibus, oppido potiuntur. ibid.
Cabades quemadmodum erepto sibi regno in carcerem missus, inde vxoris beneficio euaserit, regnumq; recuperauerit. 206
Cades vtrinq; plurima. 92
Callinicum oppidum. 185
Captiui redduntur: ob id à Mauricio Priscus reprehenditur. 319
Captiui Chagano petenti Imperatoris auctoritate restituuntur. 386
Carcer Giligerdi castelli, in quem diuersi mortales includebantur: vnde se & alios per eadem Romani eximunt. 148
Cardariganus Monocartum frustra inuadit: latrociniis & incendiis grassatur. 79
Cardarigani fastus. 88
Cardariganus Magos consulit. ibid.
Cardarigani infaustum strategema. 95
Cardariganus à Darenis excluditur cũ conuitiis. ibid.
Cardariganus cum manu bellandi imperita in Romanos sese agit. 102
Carthaginensium metus. 338
Castella multa diruuntur. 180
Castus fortuna prospera elatus, Comentiolum deserit, in calamitatem incidit. 112
Casti agmen timore perculsum dissipatur. 115
Castus, & cum eo multi in potestatem veniunt. ibid.
Ceruorum grex occurrit: à satellitibus insequentibus plurimi funduntur. 292
Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum, & præter pactam in fœdere pecuniã, 20. millia ab Imp. posiit. 51
Chaganus fœdus rumpit. ibid.
Chaganus excandescit, Comentiolum punit atrocius. 59
Chaganus iterum fœdus pessundat, & qua de causa. 62
Chaganus fugæ beneficio seruatus. 109
Chaganus ex falso terrore fugit. 123
Chaganus Apperiam castellum adoritur. ibid.
Chaganus à Diocletianopoli, Philippopoli, & Adrianopoli repellitur. 129
Chaganus pactam pensionem augeri posciens nec impetrans, bellum mouet: Sclauis naues imperat. 295
Chagani voluntate Singidon obsidione liberatur. 297
Chagani iter: Alexandri martyris templum incendit: à Romanis speculatoribus nec flagris extorquere veritatem potest: Drizipera adoritur: inde diuino quodam viso exterritus abit. 299
Chaganus fictis à Mauricio ad Priscum literis in terrorem datus, parua accepta mercede recedit. ibid.
Chaganum sui à bello dehortantur: eius arrogantiam Priscus per Theodorum medicum sapienter castigat. 319

Chaganus mutat mentẽ, partemq; prædæ à Prisco postulat. ibid.
Chaganus de violato fœdere querimoniam habet, & munerib. placatur. 333
Chaganus Singidonis mœnia diruit, populũ ad hostes demigrare cogit. 348
Chagani de iure finium regundorum violato expostulatoria oratio, in qua officij in pace conseruanda tuendoq; fœdere Priscus seriò monetur. ibid.
Chaganus apertè fœdus soluit. 350
Chaganus in Dalmatia vrbem, & quadraginta castra expugnat. 352
Chaganus mœret. ibid.
Chagani singularis & insperata in cõmeatu Romanis ad dies sacros sufficiendo liberalitas: petenti Priscus vicissim donat aromata. 354
Chagani septem filij vno die moriuntur, cui calamitoso historicus insultat. 359
Chagani luctus acerbissimus. ibid.
Chaganus fines Romanorũ vastat; quo mandante, Istri transitus à quatuor eius filiis custoditur: in ripa certamine edito, barbari vincuntur. 380
Chagani astus. 389
Chaganus ad reducendos qui à se defecerant, varios modos inuestigat. 391
Chagani cuiusdam victoriæ. 340
Chiliarchi oratio de hostibus non inuadendis, à paucitate militum, ab accepta recens calamitate. 117
Chlomarum castellum Romani obsident. 100
Chlomari obsidione Romani absolvent. 102
Chosroæ senioris in Romanos expeditio. 164
Chosroæ turpis reuersio, eiusdemq; lex de Romanis in posterum bello non lacessendis. 177
Chosroes Hormisdæ filius, periculi metu fugit, accepta fide in regnum redit. 196
Chosroes in solio cum acclamationibus locatur. eius in patre captiuo alendo liberalitas; qui tamen omnia addita verborum asperitate reiicit, iussuq; filij vsq; ad necem fustibus contunditur. 209
Chosroæ hypocrisis. Varamum donis & pollicitationibus frustra tẽtat, à quo per epistolam cum fastu scriptam, de seditiosis in carcerẽ reuocandis monetur. ibid.
Chosroes rex ad procerum confessum de literis Varami refert, ad iram ab iisdem extimulatur. eiusdẽ cautio. 212
Chosroæ literæ ad Varamum, quibus factum eius excusat, culpam in scribam facetè transfert; negat se facturũ quæ postulet; spiritus regios ostendit. ibid.
Chosroes contra Varamum delectus agit, duces præponit: copiæ fluuio separantur: frustra collocuti, ad velitationes veniunt. 214
Chosroæ timiditas. ibid.
Chosroes suspectos interficit, noctu inuaditur: multa cædes editur, multi ad Varamum deficiunt, etiam ipse Chosroes fugam init. ibid.
Chosroes consultat quo se vertat: Christianorum Deum inuocat, fano dimisso equi gressum sequitur, Circesij à Probo humaniter accipitur. 217
Chosroæ literæ ad Mauricium. Duo esse imperia omnium maxima, Romanum

num & Persicum. Accusatio Varami, contra quem concitatur Imp. & auxilium rogatur. 219
Chosroes à Mauricio per ducem Comentiolum honoratur. 222
Chosroæ impostura. ibid.
Chosroes vt vafer & malæ fidei reprehenditur: eum ad se venire Mauricius non vult. 224
Chosroes vt ingratus castigatur. 235
Chosroes in aduersa fortuna Sergij martyris opem, cum promissione crucis aureæ lapillis distinctæ implorat. 246
Chosroes religionem Christianam prædicans, Mauricioq; de secundis rebus suis significans, auxilium & pecuniam mutuam petit. 250
Chosroes rex acclamatur, à Darenis honorificè excipitur, veniã petit, templo eiicitur, muneribus regiis à Mauricio ornatur, Daram oppidum Imperatori donat, à quo filij appellatione coboneſtatur. 252
Chosroæ per Singarum aduersus Varamum delecta manus. 254
Chosroæ custodia Romana attribuitur: ex Armenia copiæ expectantur. 258
Chosroes manipulos, vires hostium exploratum dimittit. ibid.
Chosroes prosperitate sua lætus, ducem Romanũ acuit, duces Romanos atq; Persas conuiuio excipit. ibid.
Chosroes nũtiis lætissimis afficitur. 267
Chosroes & Varamus quantum exercitibus valuerint. ibid.
Chosroæ in captos sæuitia. 270
Chosroæ ob partã victoriam lætitia: Romanos, parũ gratus domum remittit, ab iis de officio admonetur: millæ custodes corporis Mauricium rogat. 273
Chosroes Sergio Martyri crucẽ auream & gemmatam dono fert. Epistola eiusdem de voto suo. Posthabita lege Persica, Siram feminam Christianã ducit, reginamq; renunciat. 278
Chosroes prolem à Sergio martyre contendit: cum donis epistolam mittit, qua se voti compotẽ euasisse narrat, cum singulari erga sanctum reuerẽtia, & Christianè prorsus. 280
Chosroæ vaticinia de Romanorum Persarumq; imperiis: quæ itẽ Probo Episcopo Chalcidensiũ prænũtiarit. 283
Chosroes de fœdere soluẽdo cogitat: Mauricij ad eũ legatus inhumaniter habetur, adituq; regis diu excluditur. Admissus tandem, Chosroen ad pacẽ reducit, eũq; de præteritis docet. 378
Chosroes Mauricij vlciscendi, bellum Romanis infert. 418
Chubdanensium Principũ mors quemadmodum ab ipsius cõcubinis lugeatur. & plura super Chubdan vrbe. 346
Chubriadanes inspector regius. 192
Ciuium per vrbes regias super gestis admiratio. 196
Comentioli liberior & minacior apud Chaganũ, eiusq; optimates oratio. 55
Comentiolus à Chagano punitur atrociter. 59
Comentioli ducis memoranda virtus, in cædendis fugandisq; Sclauis. 61
Comentiolus fidei violatæ, timiditatisq; reprehenditur. 112
Comentioli consultatio cum primoribus, & ad constanter dimicandum cohortatio. 115

Comentiolus Philippico succedit. 148
Comentiolus cum Persis acie congressus fugit. 152
Comentiolo duci aduentus Chosroæ, & quid ab Imperatore petat, significatur. mittitur cum epistola nuntius ad Mauricium. 217
Comentiolus rogatu Chosroæ abdicatur. 250
Comentiolus Chaganum contra se venientem timens, retrocedit: milites ad Iatrum vrbem, velut proditi, probris eum conscindunt. 354
Comentiolus de permutatis ordinibus reprehenditur: eius astus. 357
Comentiolus vt ignauus fugitor Driziperis ingressu contumeliosè arcetur. ibid.
